Verbū Ecclesie solet poni in salutatione in omnibus habentibus dignitatē secularem/ preterꝗ Archidyacono Bononien̄. Canonico solo scribitur sic Dilecto filio. B. de caponibus canonico Parmen̄. In canonico regulari ponitur ecclesie: inuocatio vero seu nomen ecclesie Cathedralis nunꝗ ponitur/ nō enim dicit̄/ eccl'ie sancti Laurentij Perusien̄. vel sancti Petri Bononien̄. vel sanctoꝝ Crucis ꝛ Eulalie Barchinonen̄. vide ad hoc glo. in. c. ꝗuis/ de preben̄. li. vi.
In cōquestibus ꝛ ea que de bonis/ ꝛ similibus/ littera post salutem debet esse aliquantulū magna ꝛ vacua hoc modo. C. fallit in Sua nobis/ q2 littera. S. debet esse magna ꝛ plena/ etiam in Significauit/ ꝛ Querelam ꝛc.
In Post iter arreptum debet esse plena.
In salutatione non ponitur ordo/ nisi in Canonicis regularibus ecclesiarum Cathedralium ordinis sancti Augustini: quibus cōmittuntur cause cum prefata expressione. vide Joānem Sanfredi in. c. Quoniam/ de offi. delega. Vicarius ꝛ Officialis semper ponit̄ inter Judices vltimo loco/ ꝛ scribitur eis sic. Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Epi Bononien̄. in spiritualibus generali. Et Officiali sic: Dilecto filio Officiali Lugdunen̄. Et hodie de stilo in Jtalia/ Vngaria/ Dalmatia/ Epyro/ siue Albania/ Sclauonia/ ꝛ Cypro/ ꝛ Creta/ ꝛ partibus Orientalibus: Jtem in Sicilia/ ꝛ Sardinia ꝛ in Corsica dicitur Vicarius. Sed vltra montes Alpinos/ hoc est in Gallijs/ Polonia/ Germania/ Anglia/ Hispania/ Hybernia ꝛ transmare in Aphrica dicitur Officialis. Et si aliter inuenirentur littere Apostolice esset error vel falsitas: facit ad hūc stilum quod notatur per Jo. an. in addi. Spec. in Rubrica de offi. vica. ꝛ Lapus in quadam allegatione/ ꝛ Joannes de lignano in alia.

De descriptioni/ bus Judicu.

Prioribus scribitur sic si sunt monasterij. Dil. fil. Priori per priorem soliti gubernari sancte Anne Barchinonen. Priori vero prioratus sit/ Priori prioratus sancti Pauli Barchinonen. Priori secularis et collegiate ecclie sic: Dil. fil. priori secularis et collegiate ecclesie sancti Jo. de perpiniano Elnen. dioc. Et nota q quando scribit Priori monasterij Decano vel Preposito semp dicitur per priore/per decanu/per prepositu soliti gubernari. Vide ad hoc not. in Cle. et si principalis. Et hec omnia in exemplis apparebut: ex quibus cuilibet ingenioso facile erit colligere regulas stili/qre subiugemus nonnulla.

Cardinali Episcopo.

Venerabili fratri Roderico Episcopo Portuen.

Presbitero Cardinali.

Dilecto filio nostro Juliano. tt. sancti Petri ad vincula presbitero Cardinali.

Dyacono Cardinali.

Dilecto filio nostro Raphaeli sancti Georgij ad velum aureum Dyacono Cardinali.

Quando scribitur Cardinali. xij. Aplo. no ponitur. tt.

Legato Cardinali.

Dilecto filio Angelo. tt. scte Crucis in Hierlm pbro Cardinali in ciuitate nostra Bononien. aplice sedis Legato.

Patriarche/Archiepiscopo/Episcopo.

Venerabili fratri Patriarche Alexandrino.

Venerabili fratri Archiepo Neapolitan.

Venerabili fratri Episcopo Bononien.

Duobus vel tribus Archiepis vel Epis.

Venerabilibus fratribus Rauenat. mediolan. ac pisan. archiepis

Venerabilibus frribus Illerden. et valentin. ac barchinonen. epis

Duobus archiepis et vno epo. Venerabilibus Narbonen. et Arlaten. Archiepis. ac Epo Massilien.

Uni archiepo et duobus epis. Venerabilibus fratribus archiepo Capuan. et Puteolan. ac Suessan. Episcopis.

Duobus Epis in aliena ciuitate vel dioc. existibus.

Venerabilibus fratribus. P. Urgellen. et. P. Gerunden. in ciuitate Barchinonen. residentibus.

Episcopo/et duobus eiusde ecclesie Canonicis.

Venerabili fratri Epo Illerden. et dilectis filijs Fran. and. ac P. and. Canonicis ecclesie Illerden.

Electo in Epm. Dilecto filio Thome electo Basilien.
Archipbro et canonico maioris/ et pposito collegiate. Dilectis filiis Archipbro maioris et Preposito beate Marie de Castello Januen. ac A. de Nat. canonico eiusdē maioris ecclia.
Priori monasterij collegiate in eodē oppido et cathedralis. Dil. fil. monasterij ville Alca per priorem sol. gu. Cesaraugusten dioc. et Cesaraugustan. ac secularis et collegiate eiusdem ville ecclesiarum Prioribus.
Abbati intra ciuitatē/ et priori prioratus in dioc. et archidiacono in illis cōmoran. Dil. fil. Abbati sancti Isidori Legionen. et priori prioratus sancti Michaelis de scalada legionen dioces ac in ciuitate Legionen. residenti Jo. de Arenalo Archidyacono de Beneuento in ecclesia Oueten.
Episcopo et Canonico alibi residenti. Venerabili fratri Epo Tingen. et in ciuitate Tingen. cōmoranti dilecto filio Alber. Jo. canonico Siluen. Et potest etiā dici Florentie cōmorāti: vel Neapoli: vel Tinge cōmoranti. Facit ad hoc glo. in. c. si is cui/ de preben. li. vi.
Abbati et preposito prepositure eiusdem dioces. Dilecto filio Abbati monasterij de Klebotillo/ et preposito prepositure sancte Trinitatis san. Andree dioc.
Duobus abbatibus et priori eiusdē dioc. monasteriorum. dil. fil. de iureuallis et riualis abbatibus/ et priori de ponte fracto per priorē etc. Eboracen. dioces monasteriorum abbatibus.
Priori monasterij et Priori prioratus extra muros eiusdem dioc. Dil. fil. monasterij beate Marie de passu per priorē etc. et prioratus sancti Martini extra muros oppidi de Madrid Toletan. dioces prioribus.
Abbati in diocesi/ et Canonico in ciuitate. Dilecto filio Abbati monasterij de Lumlo Aquilan. dioces. ac Antonio de Roca Canonico Aquilan.
Abbati monasterij/ et Precentori maioris/ ac Sacriste collegiate. Dil. fil. Abbati monasterij insule Brudare Lugdunen. dioc. et Precentori maioris/ ac Sacriste secularis et collegiate sancti Henrici Lugdunen. ecclesiarum.
Archidyacono et duobus canonicis in eadē Ec. Dil. fil. Archidyaco. et Jo. bn. et F. de lacheto canonicis ecclie Redonen.
Cantori et officiali eiusdem ecclesie. Dil. fil. Cantori ecclesie Ciuitaten. et Officiali Ciuitaten.

Vicario et Officiali eiusdem ecclesie nō solent dirigi lr̃e/ etiam si in ecclesia essent illa duo officia distincta.
Vicario Episcopi: Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nr̃i Epi Viterbieñ. in spiritualibus generali.
Decanis extra/ et Scholastico intra muros ecclesiarum: Dil. fil. scti Victoris/ et scti Petri extra Decanis/ et Scolastico sancti Stephani intra muros Maguntineñ. ecclesiarum.
Tribus Abbatibus in dioc. Dil. fil. A. sancti Pet. dec. ac de pa. Cornetaneñ. dioc. monast. Abbatibus.
Abbatibus in dioc extra muros: Dil. fil. Vallis digne Valentiñ. diocef. et sancti Bernardi extra muros Valentiñ. monasteriorum Abbatibus.
Priori ecclesie prioratus et Collegiate: Dil. fil. Prioratus sancti P. et maioris ac secularis et collegiate sancti Ruffi ecclesiarum patrone prioribus.
Archidiaconis maioris et alijs in eadē eccl'ia: Dil. fil. maioris et Xatineñ. ac de Alzezira eccl'ie Valentiñ. Archidyaconis.
Preposito et decano maioris/ ac decano collegiat. dil. fil. ppo sito maioris et eiusdē/ ac s. Ascanij bremeñ. decanis ecclesiarum.
Duob[us] canonicis vni s. Petri de vrbe et archipbro. Dil. fil. Archipbro et Anti. de dan. ecclesie Florentiñ. ac Celso de melinis basilice Principis apostolorum de vrbe Canonicis.
Archidyacono et decano eiusdē ecclesie/ et canonico alterius: Dilectis filijs Archidyacono et decano ecclesie Valentineñ. ac Ant. Ca. Canonico ecclesie Carthagineñ.
Archidyacono et decano eiusdē ecclesie: et Archidyacono alterius: Dil. fil. Barchinoneñ. et Valentineñ. Archidyaconis: et Decano eiusdem Valentiñ. ecclesiarum.
Archidyacono et canonico eiusdē ecclesie/ et decano alterius: Dil. fil. Archidyacono Valentiñ. et decano Illerdeñ. ac Jo. ab. Canonico eiusdem Valentiñ. ecclesiarum.
Duobus canonicis diuersarum ecclesiarum: Dil. fil. Ant. P. Ferrarieñ. et Fran. Mutineñ. ecclesiarum Canonicis.
Priorib[us] duarum collegiat. in eadē ciuitate. Dil. fil. seculariū et collegiat. s. Desiderij et s. An. Auinioñ. ecclesiarum prioribus.
Abbati nullius diocef. Dilecto fil. Abbati monasterij Farseñ quod nullius existit diocesis.
Precētori et canonico in eadē et cano. in alia. dil. fil. pcentori et Jo. lupe Jlerdeñ. ac Enuero cor. Osceñ. canonicis eccl'iarum.

Canonico regulari: Dil. fil. Fabritio de mansis Canonico ec clesie Perusieñ. ordinis sancti Augustini.
Abbatibus collegiataꝝ diuersaꝝ dioc. Dil. fil. seculariũ ꝛ col legiaṫ Vallisoleti ꝛ Sarcenieñ. Palentiñ. ꝛ Sugobeñ dioc ecclesiaꝝ Abbatibus.
Epo ꝛ Archidyacono eiusdẽ ecclesie: Venerabili fratri Epo Vrbeuetañ. ꝛ dil. fil. Archidyacono ecclesie Vrbeuetañ.
Vni Canonico nõ solet poni ecclesie: Dilecto filio Antonio de marct. Canonico Pisañ.
Duobus tunc ponitur ecclesie: Dil. fil. Troilo de maluitijs/ ꝛ An. de pij. Canonicis ecclesie Bononieñ.
Tribus prioribus in eadem ciuitate/ vno extra muros: Dilectis filijs sancti Jacobi de spata/ ꝛ sancti Jsidori/ ꝛ sancti Hie ronymi extra muros Jspaleñ. per Priorem gubernari solitorum monasterioꝝ Prioribus.
Decano ꝛ Canonico eiusdem ecclesie: Dil. filijs Decano/ ꝛ Mar. Cor. Canonico ecclesie Maioriceñ.
Canonico ꝛ Officiali eiusdẽ ecclesie: Dil. fil. Dyonisio fa. ca nonico ecclesie Gerundeñ. ꝛ Officiali Gerundeñ.
Prepositis in cathedrali ꝛ collegiata / ꝛ Decano in eadem: Dil. fil. maioris/ ꝛ sancti Germani Prepositis/ ac eiusdẽ sancti Germani Decano Spireñ. ecclesiaꝝ.
Priorib⁹ monasterij eiusdẽ dioc. dil. fil. de Morena ꝛ Ban donia ꝑ priores ꝛc. Portugalleñ. dioc monasterioꝝ priorib⁹.
Cãtori ꝛ officiali in eadẽ/ ꝛ officiali in alia. dil. fil. cãtori ecclie Andegaueñ. ꝛ Turoneñ. ac Andegaueñ officialibus.
Duobus Canonicis diuersaꝝ ecclesiaꝝ in eadem cõmorantibus: Dil. fil. Ant. F. Jllerdeñ. ꝛ in ciuitate Jllerdeñ. cõmoraṫi Fran. lu. Viceñ. ecclesiaꝝ Canonicis.
Abbati ꝛ priori in eadẽ ecclesia eiusdẽ dioc. Dil. fil. Abbati ꝛ priori secularis ꝛ collegiaṫ ecclesie Vallisoleti/ Palentiñ.
Canonico regulari ꝛ seculari. dil. fil. Ant. de brutis Perusiñ. ordinis s. Aug. ꝛ Marco Destraseneñ. ecclïaꝝ canonicis.
Priori ꝛ ꝑposito monasterioꝝ. Dil. fil. priori de Vllono/ per priorẽ/ ꝑposito sancti Martini de costa/ per prepositum gubernari solitoꝝ/ Gerundeñ. dioc monasterioꝝ Prepositis.
Abbati ꝛ priori monasterioꝝ eiusdẽ dioc. ꝛ canonico ecclesie Dil. fil. Abb. s. Andree ꝛ ꝑ priorẽ ꝛc. btẽ Marie õ clu. Astoriceñ. dioc. monasterioꝝ. ac Fernãdo nerio cano. Astoriceñ.

Priori ecclesie et prioratus in eadem ciuitate. Dil. fil. Ecclesie et prioratus sancti Joannis Cesaraugustan. prioribus.
Vicario vrbis. Venera. fratri R. Episcopo Perusin. nostro in vrbe in spiritualibus Vicario.
Tribus Vicarijs. Dil. fil. Taurinen. et Asten. ac Montisregalis Epoꝝ venerabiliu fratrum nostroꝝ Vicarijs in spiritualibus generalibus.
Vel sic. Dil. fil. venera. fra. no. Taurinen. et Asten. ac Montisregalis Epoꝝ Vicarijs in spualibus generalibus.
Gubernatori patrimonij Prothonotario. Dil. fil. Magistro Ludouico de Agnellis Notario nostro pro nobis et Roman. Ecclesia prouincie nostre Patrimonij beati Petri in Tuscia Gubernatori.
Canonico ciuitatis Venetiaꝝ a tpe Pauli. ij. scribitur sic. Dilecto filio Ty. Barbatigo Canonico Venetiaꝝ.
Epo et Vicario committit Penitentiaria disiunctiue: sed Cancellaria nullo modo olim sic vt in. c. Insinuante/ de offi. delega.
Et nota q regulares semper preferuntur secularibus: vt licuit videre in exemplis: nisi in canonico regulari: qui postponitur omnibus preterq Vicario et Officiali.
Quando scribitur habenti dignitatem in ecclesia ciuitatis vel diocesis vbi fit commissio non solet apponi nomen delegati: sed si resideat extra/ sic visum est in exemplis: et hoc habeat locum etiam si pars impetrans rescriptum hoc peteret: et qd differat vel intersit an apponatur locus residentie delegati vel non: vide Jo. an. in. c. fin. de reru permuta. et doc. Gallicanes in. c. nonnulli.

De qualitatibus personaꝝ.

¶ Circa qualitatem personaꝝ: quibus possint committi cause per rescripta Aplica est semp menti tenenda dispositio Bonifacij viij. vcz. c. statutum/ de rescrip. li. vi. nam illa est nunc in viridi et vigenti obseruantia Cancellarie. Sed circa quedam dubia posita ibi per doct. stilus habet que dicentur. Archipbro rurali non committuntur cause/ nec Officiali Capituli/ expsso nomine Capli. nec Conseruatori/ de quibus dubitarunt glo. in Cle. et si principalis/ de rescrip. Inquisitoribus autem et Prelatis mendicantium possunt committi/ cum clausula que est in quinterno iustitie/ qmuis non soleant committi: vide. c. cum olim/ de maio. et obe. Plebanis autem Collegiataꝝ committuntur. Et in partibus Venetoꝝ solet dici Ecclesie. In Tuscia vero plebis. Preceptoribus autem maioribus sancti Antonij per constitutionem Sixti pape. iiij. com-

mittuntur cause: τ aliquibus Canonicis Collegiataꝝ in Alamania: τ sancti Petronij Bononieñ. τ alibi per Constitutiones descriptas in quinternio Cancellarie de gratia: de quo fit mentio in prima regula Cācellarie sub titulo de dispensationñ. Monachis aũt ecclesiaꝝ cathedraliũ nõ solent cõmitti de stilo hodie. vide que habentur in. c. causam que de iudi.

¶ Circa loca aũt ad que trahunt persone in rescriptis/ est etiã obseruanda forma dicti. c. statutũ/ cum distinctione: aut actor τ reus sunt eiusdem dioceſ/ vel diuersaꝝ τc. Item an alleget perhorrescentia: τ dantur tunc littere extra cum clausula perhorrescentie. Dantur etiã littere extra si actor dicat ꝙ Ciuitatem τ dioc; rei intrare nõ audeat: vel ꝙ sufficiens persona/ cui causa cõmitti possit in Ciuitate seu diocesi rei nõ resideat: aut ꝙ sit Uniuersitas/ Eps/ vel Capitulũ. Et breuiter in hijs est seruanda forma dicti. c. statutũ: τ etiã Cle. abbates/ de rescrip. que disposuit quomodo superior impetrat rescriptum/ volens agere ratione membroꝝ sibi subiectoꝝ: que sunt in alia diocesi q̃ dignitas principalis cui illud membrũ subest. Ad cuius cle. intelligentiã lege que scribit Collec. τ alij doc. Gallicani in. c. nõnulli/ de rescrip. τ in. c. ex parte/ de for. compe. vbi inter alia dicunt/ ꝙ si quis Abbas ratione mẽbri in alia diocesi q̃ sit Abbatia sua siti velit impetrare cõtra quendã tertie dioc;. τ habere Judices in diocesi Abbatie tanq̃ in tertia/ nõ debent ei dari Judices in illa/ ne fiat per fictam τ indirectam viam contra dispositionem dicti. c. statutũ.

de qualitate loci.

Et nota ꝙ cause appellationũ matrimoniales sententie late ab ordinarijs possunt cõmitti extra Ciuitatem vel dioc;. etiam si actor τ reus sunt eiusdẽ dioceſ de stilo: nec solent cõmitti nisi Episcopis. Simplices aũt cõmissiones causaꝝ matrimonialiũ hoc est in quibus nõ est appellatum iuditialiter a Judice/ licet esset forte appellatũ extraiuditialiter a parte/ cõmittũtur de stilo Epõ diocesano rei vel ree/ τ nõ dantur in tertia q̃uis actor τ reus sint diuersaꝝ diocesiũ/ nisi fuerit suspectus diocesanus impetranti: τ tunc dantur extra cũ clausula: Cũ in ciuitate τc. nõ sit aliquis Eps: qui de hmõi causa ad presens tute cognoscere possit: Fraternitati tue τc. Et debet prius narrari causa suspitionñ. Sed si forte Eps diocesanus agat in remotis/ τ hoc narretur/ cõmittitur de stilo causa matrimonialis simplex alteri Epõ in dioc;. rei cõmorãti vel viciniori: ad quod facit Cle.

de for·compe·⁊·c·eos·qui tempo·ordin·li·vi·Videtur tamen tunc posse cōmitti maiorem dignitatem in ecclesia habenti:vt in·c·litteras/de restitu·spo·

¶Preterea aduerte/ qꝫ si aliqua Uniuersitas impetret contra aliā Uniuersitatē possunt iudices dari extra de stilo si pars petat·vide Collec·de hoc in dic·c·nōnulli· Si aūt causa est prophana includens matrimonialē/nō habetur constās stilus sup cōmissione fienda· Vide tū notata per glo·in·c·dispendiosam ⁊ per Ludo·in consil·ccxlix·⁊ p Oldra consil·cccxx·De partiū vero consensu causa etiā nō matrimonialis trahitur extra: debet tamen fieri mentio in rescripto de dicto consensu·Vide ad hoc decisi·Egid·de Bellamatre siue Bellamera·Et fides de consensu per Auditorem Contradictaꝝ Correctori si partes sint presentes in Curia·

Et aduerte qꝫ rōne rei imobilis sup qua impetratur rescriptū/ siue agatur actione reali/ siue personali/ debent dari Judices in loco vbi est sita res illa:⁊ ita obseruat Cancellaria interpretando dictū·c· statutum/ nihil imutasse quo ad imobilia de iure antiquo:⁊ sic remanet dispositio·c·dilectus/ de rescrip·⁊·c· si·de for·compe·nec tūc attenditur de stilo locus domicilij rei: licet doct· cōiter teneant qꝫ sit in electione actoris conuenire reū:in loco rei site/vel loco domicilij ipsius rei:⁊ not·in·l·fi·C· vbi in rem actio:⁊ sic in mobilibus discedimus ad dispositionē dicti·c·statutum/ vez qꝫ nō fiat differentia an actor ⁊ reus sint eiusdē dioc ⁊c· sed semper dentur Judices in loco imobiliū/ non aūt in loco domicilij rei/etiam si pars peteret/adeo qꝫ si in eodem rescripto impetrentur Judices super imobilibus ⁊ mobilibus/nō dabuntur Judices nisi in loco imobiliū/ ne videantur etiā dari in loco seu domicilio rei·Et si pars velit in loco mobiliū/nō dabuntur Judices per Cancellariā contra diuersas personas/nisi in diuersis rescript· Nec etiā curat Cancellaria de loco vbi fuit appellatū/vel grauamen illatum: quo ad hoc vt nō detur in tertia: quia dari possunt in tertia/si actor ⁊ reus fuerint diuersaꝝ diocesiū· Nec etiam si reus originarius appellans velit Judices contra appellatū in loco eiusdem rei/ non dantur ei de stilo:licet contrarium videantur voluisse doctores in dicto·c·statutum·Contra eum aūt qui interdum moratur in vna dioc/interdum in alia/dantur Judices in vtraqꝫ si hoc exprimat impetrans·In Laico autem:qui iurisdictioni

cuiuscunqȝ Judicis ecclesiastici se submisit/ non dantur Judices/nisi in diocesi rei/vel tertia: ⁊ al's iuxta formā.c. statutum: ⁊ formam supradictam in imobilibus. Et in causis prophanis Laicoꝝ subiectoꝝ Ecclesie etiam seruatur forma dicti.c.statutum/de stilo: licet aliqui videantur voluisse contrariū. Vide eos in.c.decernimus/de iudi. ⁊.c.sua nobis/de appel. ⁊ Bellamerā in dicto.c.statutum. In testibus aūt ad perpetuam rei memoriā solent dari Judices in loco impetrātis. vide ad hoc doct.in.c.si quis cōtra/de for.compe. ⁊.c.significarūt/de testi. In forma aūt humilibus: que plus taxatur: ⁊ habet in hoc aliquid gratie/potest de stilo absqȝ signatura Pape causa cōmitti extra diocesim/ cum derogatione dicte consti.statutū. Et in rescriptis/Ea que de bonis/ super reuocandis indebite alienatis/ ⁊ rescripto/Significauit: ⁊/Post iter arreptū: dantur Judices vbi pars petierit: quia nō exprimunt̄ rei.

Itē aduerte q̄ nō solet Cancellaria dare Judices in loco cōtractus/ vel destinate solutionis/ etiā si impetrans dixerit reū ibi inueniri nisi cōmoretur. vide ad hoc notata in.c.dilecti/ de for.compe. ⁊ in.l.quero.ff.de solutio.presertim cū nō appareat de consensu ordinarij rei. Vide etiā ad hoc Spec.ti. de compe.iudi.§.i.ver. In clericis aūt: qui videntur etiā in hac tacita prorogatione requirere consensum Ordinarij. Et vide tex.iij.q.vi. Non liceat: ⁊ Ange.in.l.i. de iudi. Et nota q̄ si reus est vnius dioce. ⁊ cōmoratur in alia/Cancellaria non dat Judices/nisi in loco cōmorationis/etiā si impetrās petat in vtroqȝ. In loco aūt predicto cōmorationis dantur Judices / etiam si non dicatur reum habere ibi domiciliū. Et stilus iste facit pro opinione Innocentij/ ⁊ aliquoꝝ in.c.ex parte.B.de for.compe. ⁊ vide doctores in.c. quod clericis/eo.ti. ⁊ tex.in.l.est verum.C.de incolis.li.x. Contra heredem aūt alicuius defuncti nō dat Judices Cancellaria / nisi in loco dioce. heredis/ vel vbi ipse heres cōmoratur: ⁊ hoc siue heres conueniatur ratione legatorum soluendorum / siue ratione debitorum defuncti: nam nō dat Judices in loco vbi defunctus fuisset conueniendus/de quibus in.l.heres absens. ⁊.l.si fidecōmissum/de iudi.ff. ⁊ in.c.fi.de for.compe.per doctores: ⁊ ita stilus Cācellarie interpretatur dict.c.statutum/plura sustulisse de dispositis per iura antiqua/ saltem quo ad effectum Cōmissionum/ q̄ȝ faciāt

interpretationes doctoꝝ: qui in multis contrariũ sentiunt: nec etiã dantur hodie littere per Cancellariã laico contra laicos raptores aliaꝝ rerũ q̃ȝ ecclesiasticaꝝ: nisi tales raptores vel fures essent occulti / ⁊ tunc dantur littere excõicationis generales ad satisfactionẽ in forma significauit. vide ad hoc not. in. c. cũ sit generale / de for. compe. Et fundãtur dicte littere gñales excõicatorie ex multis iuribus vcȝ ex. c. ij. de offi. ordi. ⁊ v. q. i. quidã. ⁊ cle. volentes / de hereti. ⁊ glo. in cle. maloꝝ. eo. ti. ⁊ ex nota. per Host. in. c. nobis / de sen. excõ. ⁊ per Jo. an. in. c. cũ in mult̃ in nouella / ⁊ notat. xxxv. q. vi. Eps in synodo. ⁊ in. c. ad nostrã. ⁊. i. de iur. iur. ⁊. c. constitutus / de testi. ⁊. c. tue / de penis per collec. Et in predictis lr̃is in forma significauit interdũ denunciatur quis excõicatus ipso iure generaliter / ⁊ monetur ad satisfactionẽ: interdũ monetur per duos terminos ⁊ deinde excõmunicat̃: ⁊ hoc vltimũ fit in casibus in quibus non est quis excõmunicatus ipso iure.

Alterius nota q̃ non solet etiã Cancellaria dare Judices in loco delicti / ⁊ in summa nõ dat Judices nisi in loco domicilij: seu cõmorationis: ⁊ in loco rei imobilis site: adeo q̃ ministris ⁊ Generalibus ordinũ / ⁊ Comitibus / ⁊ Baronibus: ⁊ hmõi nõ dat Judices / nisi in locis vbi cõmorantur: vel in loco vnde denominãtur / si illa prouincia concluditur vna dioc̃ tantum. vide Abbat. ad hoc in. c. dilectus / de rescrip. coll'. iij. ⁊ not. in. l. ij. C. vbi Senator. ⁊ in. c. omnes / de maio. ⁊ obe. ⁊ in. c. quoniã de offi. deleg.

Nota etiã q̃ si actor impetret cõtra plures reos diuersaꝝ diocesiũ / q̃ȝuis illi rei sint diuersaꝝ prouintiaꝝ / ⁊ etiã sit causa cõmunis / dantur Judices in singulis dioc̃ reoꝝ / vel in tertijs si actor sit diuerse dioceſ ab eis: nõ sufficit dare in vna ex diocesibus reoꝝ in simplicibus cõmissionibus: secus in causis appellationũ: in quibus nõ est necesse accipere Judices / nisi in altera ex diocesibus eoꝝ. Neqȝ actores cõputantur nisi pro vno: si dicant se esse litiscõsortes. vide ad hunc stilum not. in. c. dilectus / d̃ rescrip. ⁊. c. ex parte / de for. compe. ⁊. l. i. ij. ⁊. iij. si vnus ex plur. ap. ⁊ in. l. i. de diuer. res. C. ⁊. l. i. ⁊. ij. si plur. vna sent. ⁊ l. sepe / de re iudi. ⁊. l. i. si in cõmu. eademqȝ can. ⁊ in. l. scire debemus / de ver. ob. ff. ⁊. l. de pupillo. §. si plurimi / de no. ope. nunci. ⁊ cle. i. de appel. in Cle. Et dicit Jo. Ganfredi cũ alijs doctoribus Gallicanis fuisse determinatũ in Cancellaria q̃ si

quis habet impetrare cōtra duos: quoꝝ vnus est de dioc. im petrantis: alius de alia/ ꝙ debet dare Judex in tertia cū minora sequātur inconuenientia: ꝛ addit longe minorem esse inconuenientiā ꝙ vbi duo vel plures rei conuenti sunt in eadē causa/ ꝙ censeatur loco vnius ꝙ̄ pluriū: arg. c. cū in multis. li. vi. de rescrip. ꝛ de iur. pat. c. i. eo. li. de elect. scriptū. ꝛ vide ad hoc not. per Inno. ꝛ alios in. c. pastoralis/ de rescrip. Hodie tamen fit vt supra dictū est. Dicunt etiā predicti doct. Gallicani in. c. causam/ de offi. deleg. ꝛ Bellamera in dicto. c. statutū: Cācellariam cōmittere causam matrimonialē (etiā si sit sup federe) Episcopo/ ꝛ alijs non Epis/ cum clausula: Tu frater Epe. Et quādo appellatur a grauamine vel interlocutoria in matrimonialibus etiam cōmittitur Epo vt ibi per eos ꝛ ita seruatur hodie. facit cōtra. c. constitutꝰ. ij. de appella. Sed si maritus impetret litteras cōtra aliquem detinentē vxorem suā inuitam/ pōt tunc absq; dubio cōmitti alijs ꝙ̄ Epo / cum talis cognitio sit mixti fori. vide. Jo. an. ꝛ alios in. c. nō est/ de sponsali. ꝛ. c. illud de presump. ꝛ Ant. de Batrio in. c. tuā/ de ordine cog. Et nota ꝙ si priuilegiatus traxit me extra suam dioc. ꝛ ego appello a sententia: cōmittebantur olim cause per Cancellariā ex dioc. appellati: per not. in. c. prudentiā/ de mur. peti. Uerū postea visum est obstare dictū. c. statutū: ꝛ negata est cōmissio extra diocesim. Et iterū postea Cancellaria in similibus casibus dedit extra tpe Clementis. iiij. interpretando stilū per ius cōmune: per not. in. c. cū dilectꝰ/ de consue. q̄re stilus in Cancellaria in hoc fuit inconstans: ꝛ in hijs ꝛ pluribus alijs indigeret declaratione Pontificis dictū. c. statutum: quod videtur confuse ꝛ generaliter tollere multas equitates iuris antiqui. Et nota ꝙ si Eps impetret litteras vna cū alio sue dioceſ pro re cōmuni contra eius subditū/ dantur Judices extra etiā in simplicibus arg. dicti. c. vnici/ de iur. pat. li. vi. ꝛ. ff. de quibus re. ad eundē iud. ea. l. i. ꝛ. c. per tuas/ de arbi. ꝛ. l. si ita/ de liber. ꝛ postu. ꝛ. ff. si seruit. vend. l. si cōmunem. ꝛ. C. de temp. in integ. resti. petēn. ꝛ de cōces. preben. auctoritate. li. vi. ꝛ. l. i. C. si in cōmu. eadēq; cau. in integ. resti. postu. ꝛ. l. inter/ de minor. l. per fundum. ff. de serui. rusti. pred. ꝛ de condi. ꝛ de monſ. l. pater: ꝛ faciunt dicta supra de litisconsortibus.

¶ Persone aūt que possunt impetrare lr̄as sunt Laicus contra laicum in terris Ecclesie. vide in. c. si duobus/ de appella.

Circa personas que pn̄t lr̄as impetrare.

Item laicus contra clericũ/ ⁊ clericus cõtra laicum/ etiam de antiquissimo stilo/⁊ clericus cum laico cõtra laicum/ si ad eos cõmuniter res pertineat/sed nõ econtra. Sed in hoc vltimo casu contrariũ videntur voluisse doctores in. l. precipimus. §. eodem. C. de appella. ⁊ in. l. fi. de bono. nõ conti. C. Mathesel. in quodam nota. ⁊ Abbas recentior in quadam disputa. de quo per Collect. post Feder. in. c. forus/ de ver. signifi. In causis autem feudalibus nõ dantur littere/etiam clerico. vide. c. ceterum/de iudi. ⁊. c. ex transmissa. ⁊. c. verum/de for. compe. Dantur autem littere laicis contra laicos super vsuris vel contractibus in fraudem vsurarum initis/vel iuramento vallatis. Item super iure patronatus / vel presentatione / aut iure funerandi/ aut dote/ vel donatione propter nuptias/ ⁊ super administratione rerum piarum: ⁊ propterea dantur Confraternitatibus. Vide ad hoc Pau. ⁊ Abba. in consilio. Dãtur etiam ratione voti. vide ad hoc in. c. licet/de voto. Et quando Laicus conuenitur super re quam tenet ab Ecclesia. vide ad hoc Spec. in ti. de com. iudi. adi. §. i. ⁊ not. in. c. nullus/ de for. compe. ⁊ not. in. c. si clericus laicum. Dantur etiam pro ⁊ contra executorẽ vltime voluntatis/laicum etiam in nõ pijs causis: licet quo ad hoc vltimũ videantur obstare huic stilo not. in. c. tua/ de testa. Et breuiter dantur littere inter laicos super causis ecclesiasticis ⁊ alias absq; dubio forum ecclesiasticum concernentibus. Super obseruatione aũt pacti inter laicos nõ dantur/nisi diceretur in illis locis tales causas de antiqua consuetudine pertinere ad forum ecclesiasticũ. vide ad hoc Collect. in. c. i. de pactis. Super infamatione aũt de crimine incestus inter laicos cum peterẽtur littere tempore meo a Cancellaria/ de consilio dominorum de parco negauimus eas: q̃uis mihi videretur esse concedendas/pluribus rationibus: ⁊ inter alia/quia Cancellaria maxime innititur textibus/allegaui. c. fi. de sepul. Sed q2 nõ inuenimus exemplum alicuius forme antique/acquieui opinioni eorum: Sed contra feci in crimine contra naturam/cum peterentur littere inter laicos/iuxta formã. l. diffamari. Vide de hijs doc. post glo. in. c. nos inter/de purg. cano. ⁊ in. c. Clerici de excess. pre. ⁊. c. in Archiepatu/de rapto.

Et nota etiã q2 Iudeis vel Saracenis contra laicos xpianos vel econtra nõ dantur littere per Cancellariã / nisi super causis concernentibus forum ecclesiasticũ simpliciter/vel mixtim:

nec fit mentio de negligentia Judicũ secularium. Sed si essent de terris Ecclesie bene dantur. Vide ad hoc notat. in. c. quod super hijs de voto. per doc. ⁊ in dic. c. in Archipatu.
Magistris seu prefectis Fabrice ecclesie/ ⁊ perpetuo oblatis ⁊ rectoribus hospitaliũ laicis pro bonis ad Fabricã vel hospitale spectantibus bene dat lr̃as Cancellaria: ⁊ contra eos pro dictis bonis ⁊ fratribus ⁊ sororibus/ etiam tertij ordinis sancti Francisci ⁊ cõtra eos. simplicibus aũt heremitis nõ solent dari lr̃e/ nec seruitoribus clericoꝝ laicis. Bizocaris autem seu Mantellatis dantur. Uxori clerici coniugati/ ⁊ multomagis contra eum videtur dari posse per. l. i. C. de incolis li. x. ⁊ de digni. l. mulieres. li. xij. ff. de senat. femine.
Et nota ꝙ laico de terris Ecclesie non dantur littere contra laicum extra terras Ecclesie: sed econtra sic.
Et attende ꝙ in tutore ⁊ curatore ⁊ procuratore in rem suam consideratur persona pupilli vel adulti seu furiosi aut procreatoris/ an sit clericus vel laicus/ non ipsius tutoris vel curatoris super impetratioñ. Idem ad hoc vt trahatur extra/ nam in hoc videlicet quo ad cõmissionem non solet attendi diocesis/ vel locus cõmorationis tutoris vel curatoris/ sed pupilli vel adulti. faciunt ad hoc not. in. l. fi. si ex plur. tutor. C. ⁊ in. l. i. §. libelli/ de appella. ff. ⁊. l. i. quan. nup. inter pu. ⁊ not. in. l. i. de admi. tut. ⁊. l. ad. ea. ff. de re. iur. ⁊ in. c. sua nobis. ⁊. c. ex parte/ de appella. ⁊ in. c. querelam/ de elec. ⁊ in. l. i. C. ꝺ sent. ⁊ inter iudi. ⁊ in. c. i. de procur. li. vi. vbi non attenditur qualitas procuratoris. ⁊ de procuratore in rem suam vide not. in. c. licet/ de officio deleg. ⁊. l. apud/ de dol. excep. In patre autem laico administratore bonorum filij clerici non habetur firmus stilus. Aliqui ex Correctoribus considerarunt personam Patris propter interesse eius in vsufructu/ ⁊ non dederunt litteras contra laicum. Alij dederunt quasi pro re quasi cõmuni Patri laico ⁊ filio clerico: ⁊ hanc partem nos secuti sumus: Tamen quo ad trahendum extra/ impetrante litteras Patre/ aut si contra eum ratione predictoꝝ bonorum impetrentur/ semper attenditur diocesis Patris/ non filij/ si fuerint diuersarum: quia consideratur vexatio ⁊ cura comparendi/ per iura supra allegata: ⁊ verbum trahere: vt not. doct. Galli. in dicto. c. statutum. ⁊ in executore quo ad hoc. Et vide ad hoc glo. ⁊ Bar. in. l. i. C. de agric. ⁊ censit.

Dantur etiā littere laico cōtra laicum: qui subest iurisdictioni temporali alicuius Epi vel Prelati/ si hoc narretur: quāuis olim Cancellaria nō dederit lrās nisi inter laicos ecclesie Romanā·tātū: quod Collec·in·c·ad petitionē/ de accu·dicit obseruatum fuisse: vel ex affectu presidentiū in litteris expediendis: vel ex errore Abbreuiatoꝝ·
Et si laicus percusserit laicum in ecclesia/ nō dantur littere ad instantiam percussi: sed Rectoris ecclesie· Et vide ad hoc not· in·c·cum sit generale·
Dantur quoqꝫ lrē contra laicū mulieri cōquerenti super dote siue cum viro quando est nupta/ siue absqꝫ viro/ soluto matrimonio/ vel viro ipso ad inopiam vergente· Et debet fieri mentio in rescripto ꝙ res super quibus laicus mulieri iniuriat̄ ad dotem mulieris pertineāt· Viro aūt cōtra laicū dantur etiam littere pro dote sibi promissa· vide ad hoc·c·per nr̄as/ d̄ dona· inter vir·ꝛ vxo·ꝛ formā quinterni Cancellarie iustitie in ti·de matrimonijs· Viro etiā contra vxorē ad dotem propter adulteriū vxoris perditā videtur posse dari litteras per·c· plerūqꝫ de dona·inter vir·ꝛ vxo·ꝛ·c·ex parte/ de consti·ꝛ not·per Ab· in·c·cum sit generale/ de for·compe· Et idem forte videtur si agatur suꝑ parafernalibus per mulierē nō contra tertiū: sed accessorie ad dotem: seu vna cū dote: vt in·c·plerūqꝫ· ꝛ·c·significauit·ꝛ·c· ꝛ si necesse/ de donat·inter vir·ꝛ vxo·ar·l·si ego·§· dotis/ de iur·dot·ff·ꝛ·l·fi·C·de pac·conuent·ꝛ ar·l·si sponsa·ff· de iur·dot· ꝛ de priuil·credit·l·ij·§·fi· Sed si mulier est vidua vel pauper ꝛ orphana bene impetrat lrās/ etiā nulla facta mentione de dote: cum clausula/ Illos sub quoꝝ iurisdictione ꝛc̄· que datur quādo pauper orphanus vel vidua nō possunt consequi iustitie complementū a iudicibus secularibus· Et vocat̄ pauper orphanus miserabilis ꝑsona: vt not·in·c· suꝑ quibusdā de ver·signi·iūcto·c·i·lxxxvij·dist· ꝛ·l·orphanotrophos·C· de episc·ꝛ cler·ꝛ·c·grandi/ de sup·neg·prel·li·vi·ꝛ·c·i· ne cler·vel mon· Nec capitur orphanus vt in·c·admonere·xxxiij·q·ij·pro eo qui caret patre· Et dātur etiam pro orphano q̄uis habeat tutorē vel curatorē vt vidi in forma Mart·de Ebulo· Videt̄ obstare dicta·l·orphonotrophos· Sed pōt esse pauꝑ miserabilis etiā si habeat tutorem vel curatorem· Pro nobili paupere orphano etiā dantur littere·vide not·in·c· significantibus/ de offi·deleg·ꝛ·l·humilem·C·de incest·nup· Itē dātur littere pro

clerico cū vnica ⁊ virgine coniugato/⁊ cōtra eum de stilo: lꝫ videatur obstare.c.vnicū/de cler.con.li.vi. tamen pro stilo faciunt not.per Abbat.c.i.de vit.⁊ honest.cler.

Et nota ꝙ pauper orphanus vel vidua nō impetrat in eisdem lr̄is cōtra clericos ⁊ laicos simul/cū diuerse sint conclusiones. Et aduerte etiā ꝙ laicus nō impetrat lr̄as contra clericū generaliter super iniurijs:sed est necesse specificari iniuriam. Vide not.in.c.grauis/de resti.spol.⁊.c.olim/de iniur. Nec clerico ⁊ laico dantur littere simul super iniurijs/etiā si diceretur cōmuniter. Itē si conquerentes sint plures/ etiam si pater vel filius vel fratres debent poni super bonis ⁊ rebus alijs ad eos communiter spectañ.sed in vniuersitate conquerente/vel alio corpore seu collegio nō dicitur cōmuniter spectantibus.

Monachis autem/ vel alijs religiosis/ aut mendicantibus nō dantur littere nomine proprio/sed superioris ⁊ conuentus/nisi talis religiosus habeat aliquod officiū Obedientiariam vel administrationē aut beneficiū sui ordinis/vel ex dispensatione apostolica/vel impetret super absolutione ab excōmunicatiōe vel infamatione aut alimentis:al's nō dantur/etiam si sit in studio. Et ita etiam olim obseruauit Cancellaria:vt per Collect. in.c.dilectus/de rescrip.⁊ vide Rot.de iudi.in nouis/ ⁊ in decisi.Bellamere. Mihi tñ semper visum fuit posse dari litteras pro existente in studio/si asserat se de licentia prelati ⁊ conuentus esse in studio:per not.glo.in.c.non dicatis.xij.q.i. ⁊ si longius/de iudi.⁊ per Archid.⁊ Jo.an.in.c.ij. ne cler.vel mona. dūmodo narret iniuriari sibi super debitis rōne studij contractis. Aliqui tñ Correctores secuti sunt exacte stilum antiquū: nec sub hoc pretextu studij detur occasio monachis impetrandi lr̄as super alijs debitis ⁊ administratione proprij : ⁊ noluerunt dare etiā cum dicta narratiua. Contra religiosum aūt hodie bene dantur lr̄e sub nomine proprio indistincte in loco cōmorationis.⁊ vide not.in.c.quanto/de offi.ordi. Mendicantibus vero dantur lr̄e pro erogatis eis/vel ecclesie eorum in elemosinā/cum possint implorare officiū Judicis ad habenda illa bona/⁊ etiā agere si dixerint se posse obtinere bona ex priuilegio Sedis ap̄lice:cui nō sit derogatum. Ad quod vide nota.in c.fi.de pactis.li.vi. Olim tñ Cancellaria nō admittebat appellationes super imobilibus mendicantiū/ꝗuis allegarent priuilegium ap̄licum super eis:vt not.Collect.in.c.significantibus

de no·ope·nun·Abbati autem soli dantur pro spectantibus ad mensam Abbatialem/si fuerint ordinis sancti Basilij vel Benedicti:al's aũt nõ dantur absq3 conuentu·Preceptoribus autem siue Cõmendatoribus militaribus danẽ indistincte/etiam pro pluribus cõmendis:sed nõ pro pluribus prioratibus in militibus Rhodieñ·seu fratribus Hierosolimitañ·vt vidi in eoꝝ statutis seu stabilimentis dum peterent confirmationem eoꝝ· ⁊ vide nota·in·c·qr nos/de appella·per Inno·⁊ Hostieñ·vide ad hoc not·in·c·cũ deputati/de iudi·⁊ Oldra·in consil·cxxviij Viro aũt ⁊ vxori dantur lr̃e absq3 verbo cõmuniter·

Non dantur lr̃e si quis velit impetrare contra homines talis loci/nisi dicat:vniuersi homines/vel vniuersitas hominũ talis loci·vide ad hoc not·in·c·cũ in multis ď rescrip·li·vi· ⁊ oldra· consil·cccxv·⁊ no·glo·in·c·cũ dilectus/de ordi·cog·

Et quando ignoratur an quis sit clericus vel laicus solet poni disiunctiue clericus vel laicus·pro quo stilo facit·l·i·§· quia autem·ff·quorum leg·⁊ de restit·in integ·Constitutis·⁊·c·vnico/de postul·prel·li·vi·

Filio aũt familias nõ solent dari littere contra patrem/nisi exprimat sibi iniuriari super Castreñ· aut alimentis/vel al's in casibus in quibus possit agere contra patrem· vide ad hoc·l· lis nulla·ff·de iudi·⁊·l·actiones·ff·de actio·⁊ glo·xxiij·q·iiij· si ecclesia·⁊ in·c·queritur·ij·q·vij·nam probibito consequẽti videtur prohibitũ antecedens/vz impetratio litteraꝝ·facit ad hoc quod not·Inno·in·c·ij·de dila·

Emancipato aũt bene dantur/cum nõ prohibeatur agere : nisi nõ repetita venia:que per impetrationẽ litteraꝝ nõ tollitur: ⁊ Judex hoc examinabit arg·l· sedet in hac·§·preter·⁊·l·quãuis in fine·ff·de in ius vocan·⁊ facit·l·finalis·C·e·

Super furtu vero vel falsitate cõmissa per patrem aduersus filium q̃ possunt dari vide·l·congruentius·C·de pat·pet·⁊ not· in·c·prohibemur·ij·q·i·⁊ in dict·§·pretor·

Cisterciensibus nõ dantur lr̃e super castris/ hominibus/vasallis/vel decimis: nisi obijciatur q̃ illa habuerint anteq̃ ipsorũ monasterioꝝ Cisterceñ·ordo reciperet instituta· vide·c·recolentes/de statu mona·⁊ not·in·c·cũ ordinẽ/de rescrip·

Super diuersis beneficijs cõtra diuersos reos non datur vnũ rescriptum:nec cũ clausula Quidam alij:Sed est necesse exprimere omnes reos:nec vbi agitur super beneficio nõ debet ho-

die addi in rescripto/sup rebus alijs q fructibus illius.
Cancellaria nō dat lrās Conuentui vel Caplo vel cōtra eos nisi super bonis discretis et alijs: que vacante seden eccessario per eos expediunt: vt per Collect. in. c. illa ne sede vacan.
Et pro iniuria illata Ecclesie Cathedrali/ vel intra ipsam/vel in eius cimiterio nō dantur littere Epo siue Caplo. vide Collect. in. c. cum deputati/de iudi. Sed econtra sic.
Nec in aliquo rescripto ponūtur vltra tres Ciuitates siue dioceses/computatis actoribus et reis: vel quattuor/si Judex fuerit ex illis quattuor.
Item nō ponuntur vltra Octo nomina reorum absq3 clausula/et quidam alij: sed cum ea Septem. Nomina vero conquerentium possunt esse quot placet.
Contra Reges et Principes seu magnos Duces nō dantur littere sine signatura pape. faciunt not. per Spec. ti. de legato. §. nunc videndū. ver. Item nō obstat.
Et nota/ q Cōmunitas siue Uniuersitas de stilo computantur pro quattuor psonis: licet. l. mortuo. ff. de fideiuss. et ex qui. cau. maio. l. ait pretor. §. item inquit/ cum alijs iuribus faciant contra. Et ideo non dantur littere in vno rescripto/nisi contra duas Uniuersitates/ si velis ponere clausulā/et quidā alij. Et Cōmunitas dicitur Ciuitas: Uniuersitas vero castri vel ville aut populi. Uidetur facere contra Cle. vnica de vsu. et not. per Bar. in extrauag. ad reprimendū.
Nec dantur littere/ nisi contra Tria Monasteria tantum/vel domos in eodē rescripto. Nec super iniurijs verbalibus dantur littere per Cācellariam. Uide ad hoc. c. cum te/de re. iudi. et decisi. Rot.
In ciuilibus plures agentes appellantur litisconsortes.
In criminalibus vero plures rei complices. facit cōtra glo. in cle. i. de penis. vide tex. et Jo. an. in. c. cū oporteat/de accusa.
Quando agitur super pecuniarꝫ summis/ ponitur in conclusione post illa verba ap. re. vsuris cessantibus: de quo in. c. dilecti de for. compe. nisi conqueratur Eps/Capitulū/cōuentus/vel persona ecclesiastica ratione beneficij: aut religiosus/vel familiaris Pape/vel de Curia Roman. quia presumitur pro eis. vide not. in. c. cum in iuuentute/de presumpt. cum ex iniuncto/ de not. ope. nun. lri. dist. miramur. ix. q. ij. Lugdunen. Nec hodie ponitur in rescriptis appellationū.

Mortuū nō appellat papa dilectū filium de stilo/nec venerabilem fratrem:sed quondā talem/ꝛ bo·me·Episcopū·
In rescripto super defectu nataliū ponitur clausula/Ita tū ꝛc· al's est falsum· Et cōmittitur Diocesano/nisi sit suspensus: q2 tunc cōmittitur Officiali vltra montes· Et hodie etiā idem fit quādo Diocesanus agit in remotis/ ꝛ hoc exprimitur:facit·c· statutum/de preben·li·vi·si vacet ecclesia/ tūc scribitur maiorē potestatem in ea obtinenti·vide de hoc in quinterno ti· de defect·nata·Spec·ti·de dispen·§·nunc de epo·/ꝛ in fi·ꝛ quis dicatur Diocesanus vide glo·in cle·vnica/de for·compe· Et datur hodie hec dispensatio tam pn̄tibus in Curia/ q̄ʒ absentib9: ꝛ etiam progenitis ex nō soluto ꝛ soluta· Et de dicta clausula Ita tū/vide Oldra·consil·clxv·ꝛ Rot·in antiquis·ꝛ glo·in·c· si pro clericis/de preben·li·vi·ꝛ in·c·non potest·ꝛ sali·in·l·prescriptioñ·C·si contra ius vel vtil·pub·
Et in confirmationibus in forma cōmuni nunq̄ʒ ponit̄ in narrationē·dioc; in qua beneficiū est:sed in salutatione tantū·
Nec datur Post iter arreptum mulieri/ sed religioso sic si habeat administrationem· vide not·in·c·cum deputati/de iudi·ꝛ glo·in cle·ꝛ si principalis/de rescrip·
Regule Cācellarie pape viuentis ad futurā rei memoriā dantur sub hac forma: Ad futurā ꝛc·cum lr̄is maiusculis: Cūctis disponeñ·fidelibus iustitiā ministrari / tenorē cuiusdā per nos dudū edite cōstitu· que Die decimanona/ Mensis ꝛc· Anno incarnatioñ·ꝛc· Pontificatus ꝛc· Anno primo pn̄blicata fuit ad instantiā dilecti filij·A· Decani ꝛc· se illa pro sui conseruatione iuris indigere asserētis/presentibus inseri fecimus: Volentes ꝛ auctoritate apostolica decerneñ·in hm̄oi sic inserto tenori stetur ꝛ plena fides adhibeatur vbicūq; in iuditio vel extra illc exhibitus fuerit vel ostensus · Dictus vero tenor talis est·Item voluit ꝛc·nulli etiam dat̄ ꝛc·
Si papa fuerit defunctus dantur sic a successore:Cunctis ꝛc· quarū quidem constitutionū: quas suo duntaxat tempore duraturas obseruari voluit ꝛc·
Si vero nō petantur ad futurā rei memoriā : sed per cōmissionem Judicū/dantur sub hac forma directe Judicibus: coram quibus causa pendet· Cunctis ꝛc·per nos nuper edite constitutionis Anni ꝛc·Pontificatus nostri ꝛc· ad instantiā dilecti filij se illa pro sui iuris cōseruatione ꝛ executione quarundam

Ifaꝝ ap'licaꝝ per eum ad vos cōmuniter impetrataꝝ facienda indigere asserentis/pn̄tibus ꝛc. Uolentes ꝛc. tenori plenam fidem adhibeatis/ ꝛ ḡm eum ad executionem procedatis litterarum earundem. Dictus vero tenor talis est.

¶ De quattuor clausulis Prouiso ꝛ alijs.

¶ Clausula Prouiso/ qn̄ quis conqueritur sup censibus/ pensionibus ꝛ hmōi/ prouiso/ ne census hmōi cōtra statuta Lateranen̄. Concilij impositi sint vel adaucti. vide. c. prohibemus/ de censibus: ꝛ ponitur in rescripto ante clausulā Testes. Nec datur si minor impetret cōtra maiorem/ nec contra laicū tantū vel clericū ꝛ laicum simul.

Clausula prouiso/ quādo quis conqueritur contra cōmunitatem vel vniuersitatē/ est hec: prouiso/ ne aliqua singularis persona dicte vniuersitatis auctoritate presentiū ad iuditiū euocetur: seu in illam/ aut locū predictū interdicti sententiā proferatis: nisi a nobis super hoc mandatū receperitis speciale. Et cōtra Capitulū hec clausula nō ponitur. vide Bellamerā de hac clausula in. c. cum in multis/ de rescrip. li. vi.

Clausula prouiso/ quādo quis conqueritur cōtra Consules/ aut proconsules/ aut nobiles/ aut gubernatores Ciuitatis vel hmōi/ est hec: prouiso/ ne in terras dicti nobilis vel eandē Ciuitatem vel oppidū auctē presentiū interdicti sententiam proferatis: nisi super hoc a nobis ꝛc. Et hec clausula ponitur quā do cōqueritur aliquis in pecuniarijs vel alijs ciuilibus causis contra predictas ꝑsonas. vide in extrauaganti Bonifacij proinde. Super criminibus vero remanet ius antiquū. c. si sententia. § ceterū/ de sen. excō. li. vi. cū alijs iuribus: nō tamen ponit̄ in rescrip. super vsuris: nec super manuū iniectione: etiā si agat̄ ciuiliter: nec in matrimonialibus. vide. c. nō est/ de sponsa. ꝛ. c. i. de vsur. li. vi. ꝛ. c. penult.

Clausula prouiso/ nō datur in cōmissionibus appellationū: nec olim aliquo tempore data fuit in partibus Gallicanis: q2 male parebant nobiles ꝛ vniuersitates Judicibus ecclesiasticis: vt legi in notis quinterni Cancellarie gratie. Nec etiā ponebat̄ in certis diocesibus Germanie/ per consti. in Concilio Constantien̄. nūc si factā/ videlicet in Caminen̄. Trazeburgen̄. Hauelburgen̄. Zuerinen̄.

Clausula prouiso/ quando excōicatus contra formā Concilij generalis petit absolutionē/ prouiso q̄ si pro manifesta offensa

dicta sententia sit prolata: nec ab excōicato sufficienter prestet emenda/nullatenus relaxetur. vide.c.sacro/de sent.excō. ⁊.c. ab excōicato/de rescrip.⁊.c.ex parte/de ver.sig.
Inuocatio brachij secularis hodie non datur absqȝ signatura per Cancellariam: nec tempore Collect.dabatur: vt per eum in.c.i.de offi.dele. Olim vero data fuit: vt in quinterno iustitie de vsuris/forma.xxi. quare stilus est inconstans. Et an delegatus hoc possit sine expressa cōmissione/vide docto.in.c.significasti/de offi.dele.⁊ in.c.si quis contra clericū/de for.compe.⁊.c.vt officiū/de hereti.li.vi.
Super sponsalibus de futura/vt cogatur vir vel mulier implere per verba de presenti/nō solet Cācellaria dare litteras: etiā si dicatur interuenisse iuramentū. vide que scribo in alijs memorialibus meis: ⁊ not.in.c.requisiuit/de sponsali.
In rescripto appellationis a principio/ vbi formatur libellus actoris vel rei super petitioē. semper debet poni quis petat/ a quo petat/coram quo petat seu petierit: quid vel quare petat. ⁊ in hijs vltimis quando ignoratur res vel quantitas aut causa/solet dici: rem tunc expressam/ex causis tunc expressis. vide materiam libellorū: ⁊ que infra dicentur.
Item in absolutione ab excōicatione debet poni causa excōicationis. vide doct. Gallicanos post alios in.c. ex parte/ de offi. ordi.⁊ Hosti.ti.de rescrip.§.quis impetrare.
Et nota ꝙ per Cancellariam datur monitio sub Censuris in notorijs iuris: ut super decimis ⁊ hmōi: vt in ti.de decimis/in prima forma quinterni. vide glo.de hijs/ post textum in Cle. dispendiosam/de iudi. ⁊ doct.in.c.conquestus/de for.compe. ⁊ in.c.nosti/de elec.⁊ de proba.quoniam.⁊ de appella.personas.⁊ de iniu.ad nostram.
Et considera ꝙ Cancellaria in rescriptis sepius vtitur verbo temere: quod verbum excludit recte/vel rite/aut vtrūqȝ: ⁊ potest conuenire parti vel iudici: vt no.in.l.eum qui temere.ff.de iudi.⁊ insti.de pe.teme.litig.c.ex litteris/de diuor.c. tuarū/de priuil.de elec.prouida li.vi.⁊.c. vt periculosa. ne cler.vel mo. eo.li.insti. quibus alie licet.§.econtra.⁊ in.c. bone/ de postul. prel.⁊ in multis alijs iuribus.
Et aduerte ꝙ Cancellaria vtitur hijs duobus terminis in cōuentione/videlicet: traxit in causam: vel fecit ad iuditium euocari. De primo vide notat.in.c. pastoralis/ de cau.pos.⁊ pro-

prie. De alio in. l. i. ti. de in ius vocan. ff.
Si contra Episcopum/ Archiepiscopum / vel Patriarcham impetrentur littere/ vbi dicitur per censuram/ debet dici auctoritate nostra. Vide. c. quia periculosum/ de sentent. excom. li. vi. et. c. quia pontificali/ de offi. deleg. eo. li.
Contra electū vero quando dantur lr̄e/ dicitur per censurā de stilo. Videt contradicere. c. ij. de offi. deleg. ob reuerentiam sacri officij. Sed aliud est pontificale officium: aliud pontificalis ordo: et aliud pontificalis dignitas. vide ad hoc glo. in cle. Archiepo̅/ de priuil. et quandā decisi. Bellamere. Et contra perpetuū Administratorem etiam dicitur per censuram. vide not. in. c. is cui/ de elec. li. vi.
Super spolio contra Judicem non ponitur dicto tali sicut iustum fuerit restituto: sed simpliciter ponitur clausula/ vocatis: cum insinuatur pro eo. extra de renun. in presentia. et. c. dilect9 de rescrip. vide Oldra. consil. ccxxvij.
Item nunq̄ȝ dantur nisi vnus/ duo/ vel tres Judices. vide. c. prudentiam/ de offi. deleg.
Item Ordo precedit Diocesim/ sed nō Ciuitatem: videlicet. Abbas sancti Petri Perusiñ. ordinis sancti Benedicti. Abbas sanctī Cucuphatis/ ordinis sancti Benedicti/ Barchinoneñ. diocesis.
Nomina ordinū: Camalduleñ. Cisterciēñ. Climiaceñ. Cartusieñ. Premonstrateñ. preferuntur. Alia postponuntur/ videlȝ Ordinis sancti Benedicti. Ordinis Humiliatoꝝ et c.
Cisterciēñ. ordinis. Premonstrateñ. ordinis et c.
Cl'a Nō obstañ. facit Conquestū duplicē. vide de ea in. c. ne aliqui/ de priuil. li. vi. et ponitur/ etiā in rescrip. de iustitia.
Epo̅ nō dantur lr̄e super iuribus Epalibus generaliter/ nisi exprimat aliquod ex eis. vide Spec. de rescrip. present. et not. in c. constitutus/ de reg. do. et Bellamerā in decisioñ.
Debet poni in rescripto / etiā appellationis de stilo nomen et cognomen actoꝝ et reoꝝ/ et appellantis ac appellati/ al's nō dantur lr̄e/ nisi diceretur Titius et Menius/ et alij in hac parte litisconsortes: quos nō est necesse exprimere. Nomen vero Judicis ordinarij/ a quo appellatur/ nō est necessariū apponi: sed delegati sic: licet videatur aliud doctoribus. vide Spec. ti. de appellatio. et. c. oblate. et Bar. in. l. i. §. libelli/ de appella. ff. et decisi. Rot.

Item necesse est q̄ ponat dioc̄ rei. Item debet poni qualitas vel dignitas p̄sonarum: Laicus/Canonicus/Rector/Armiger/Ciuis. Nec debet quis intitulari duobus titulis: sed vno tantum super quo impetrat. Sed si impetrat super pecuniarum summis aut alijs prophanis/potest assumere titulū quem voluerit & dabuntur ei Judices iuxta diocesim/ de qua sibi intitulabit. vide ad hoc not. in. c. ad aures/de rescrip. & Bellamerā in decisi. & nota. in quadā decisi. in antiquis/de rescrip. Et si est religiosus actor vel reus/debet exprimi ordo: vt per Host. & Collect. in. c. cū ordinem/ de rescrip. Et Judeus nō dicitur laicus vel ciuis: sed dicitur incola vel habitator talis loci vel in tali ciuitate cōmorans.

Et mulier debet poni post clausulā/ & quidā alij clerici & laici: cum non comprehendatur sub nomine laico de stilo. vide Spec. in ti. de rescrip. presentatione. Et olim ponebatur ante/dūmodo esset nominatus vnus laicus.

Si est mulier que appellet: debet semper poni Dilecta in xp̄o filia Anna &c. Et si est nobilis/debet etiā poni nobilis. Et si est vidua/ debet semp̄ dici talis relicta quondā talis vidua. Sed si mulier nō appellet sed cōueniatur/nō debet dici/ Dilecta in xp̄o filia. Nec etiā in conquestibus dicitur/etiā in actrice Dilecta in xp̄o filia Joāna dilecti filij Antonij &c. vxor. Et idē dicitur in patre administratore bonorum filij/ & tutoribus & curatoribus/ Dilectus filius. A. dilecti filij. B. genitor. In muliere appellata non dicitur Dilecta in xp̄o filia: in forma/Sua nobis. In forma aūt/Humilibus/tā in appellante/ q̄ȝ in appellato/ q̄ȝ etiā Judicibus semper dicitur/ Dilectus filius/ & Dilecta in xp̄o filia. In forma Querelam/in actore ponitur dilectus & dilecta/non in reis: & in Conquestibus in conclusioñ. ponitur. Ideoqȝ & alijs quocirca &c.

Nota q̄ in Sua nobis/ nō datur expressa absolutio ad cautelam: nec etiam expressa cōmissio attentatorum: in forma Humilibus sic. Et in omnibus rescriptis iustitie ponitur clausula q̄ si nō ambo vel omnes/preterq̄ȝ in rescripto in forma Humilibus in quo ponitur/vos vel duo aut vnus vestrum. Et hmōi clausula ponitur post clausulam/Testes. Et si in rescripto nō ponitur clausula/Testes: debet poni statim post conclusionē. vide de ea. c. prudentiam/de offi. dele. & c. cum dilecti/de emptio. & vendi. io. & c. sciscitatus/ de rescrip. Et si excōicatus impetrat

absolutionem/non debet dici Dilectus filius: sed Sua nobis Antonius etc.
Et cum Cardinalis impetrat rescriptum/non dicitur Sua nobis: vel Significauit: vel Conquestus est nobis: et sic de alijs. sed Exposuit nobis dilectus filius noster.tt.scte Praxedis.
Et quādo fit mentio de ordine Carmelitarum/per constitutionē Sixti.iiij. poni debet/ordinis gloriosissime dei genitricis semperq3 virginis Marie de monte Carmeli. Quam constitutionem quidā ex Abbreuiatoribus nō obseruarunt.: A me autem fuit semper obseruata/ob honorem virginis/et antiquitatē ordinis Carmelitarum.
In Abbate priore sacrista vel decano ecclesie semper debet dici Abbas vel prior secularis et collegiate ecclesie talis.
Et nota quod in salutatione inter primū et secundū Judicem ponitur/et: inter secundū vero et tertium ponitur/ac: vt Dilecto filio Decano et succentori ac capifero Ecclesie scte.N.
Et aduerte quod Cancellaria magnā vim facit in verbis vt proprie ponantur/et sub certo ordine: vt innuit Collect.in.c.dilectus/de cap.mona.et not.in.c. venerabiles/de confir.vtil. vel inutil.et.liij. regula Cācellarie.et.c.causam/de rescrip. Et quātum fieri potest nō repetit vel conculcat verba: nec sententiam presertim in decisiuis et dispositiuis.
Ubi appellatur ab euitatione preiudicij vel molestationis inferendi extraiuditialiter de facto admittitur appellatio: et ponitur clausula Uocatis: et taxantur minus littere. Uide ad hoc nota.in.c.dilecti/de maior.et obedi.
Quādo mandatur confirmari/ vel infirmari sententia lata super crimine: vel al's cōmittitur: semper ponitur in conclusione/in hijs que penam sanguinis non contingunt. Uide nota.in.c.in Archiepātu/de rapto.et in.c.fi.ne cler.vel mona.li.vi.et.c.sententiā sanguinis.eo.ti.in antiquis.al's nō valeret cōmissio/nisi ex certa scientia.vide Anto.de Butrio.in.c. que in ecclesiarum/de consti. Item quando impetrantur littere pro Canonicis in Alamania/vel Beguinabus/vel Confraternitatibus/aut Jesuatis: seu alijs pijs collegijs vel congregationibus nō approbatis: ponit in fine anī dat: Per hoc autem dictarum Canonissarum statutū nō intendimus in aliq approbare: vel dictā cōfraternitatem nō intendimus etc. pro quo stilo facit tex.in.c.indēnitatibus/de elect.li.vi.et in Cle.accedētes.§.illas/de statu mona.

Item nota q appellato nisi post terminū octo mensiū nō dantur littere in illa causa appellationis : et sic de stilo practicatur hodie.c.oblata.vide Rot.in antiquis ti.de rescrip.et con.cciiij Cū olim nō dabantur littere appellato/ nisi confirmatorie : vt per Collect.in.c.significantibus/de no.ope.nunci.
Et nota q si pars appellet a tarditate vel negligentia Judicis in expeditione cause/ solet dici q Anno et amplius iam elapso in dicta causa procedere non curat / loco et tempore congruis requisitus. Als nisi sit lapsus Annus non solent dari/ nisi Judex expresse denegaret iustitiam ministrare: quia tunc non diceretur aliquid de Anno. Vide Jo.an.in.c.dilecto/ de appellationibus: et Abbat.in.c.ex parte.eo.ti. et in.c. proposuisti/de for.compe.et glo.c.ij.de appellatio.li.vi.et.c.nullus/de iur.patro.et in autent.vt differen.iudi.et.c.ad aures/de simo.et Bar.in.l.Titia.§.Titia cum nuberet Cayo seyo.ff.de leg.ii.et Baldum in.l.fi.§.illud/de temp.appella. et formā quinterni iustitie primā in ti.de iudi.tenētibus diu causam in suspenso. et Spec.ti.de appella.qui interpretatur illam primā formā/ quando nō est cōmissa causa appellationis:quia tunc habet remediū desertionis. In Ordinario autem non dicitur aliquid de Anno secundum stilum:sed dicitur/ diutius tenuit causam in suspenso: et tunc dantur tres menses ad expediendum / iuxta predictam formam primam.
Item dantur lrē in quibus conceditur adiunctus/propter Judicum suspitionē ab aduersario impetratorum. Et si nondū est ad litis contestationem processum/vt in tertia et quarta forma supra alleg.ti.de mandatis:que fiunt iudi.de quibus vide doct.in.c.insinuante/de offi.deleg.et.c. causam que.eo.ti. et causam que de iudi.et Feder.in consil. Non aūt ad solam allegationē suspitionis Judicis datur nouus Judex: cum habeat allegās remediū arbitrorum vel collegarum. Et multo minus quando recusatur Executor in forma dignū:vel alijs hmōi: qui nō teneantur vocare partes/cum illi nō possint recusari. Vide not.in.c.cum venissent/de iudi.per Ant.et.c.nouit. et.c.postremo/ de appel. et Rot.eo.ti.de con.preb.in nouis.

¶ Clausula Testes non solet apponi in aliquibus rescriptis:que sequūtur vz.

¶ Super vsuris/quando impetratur contra Clericos tantum vel clericos et laicos simul. Et nec in causis matrimonialibus:

aut cõsanguinitatis:vel affinitatis. Nec dotis accessorie.vide c.de prudẽtia/de dona.inter vir.⁊ vxo. Nec super manuũ inie ctione. Contra clericum ⁊ laicũ simul:vel contra clericum tan tum:etiã si dicatur super alijs rebus iniuriari conquerẽ. Nec super crimine vel diffamatione eius. Nec quando dicitur con tra iuramentũ super hoc prestitum temere veniendo. Nec cũ in litteris dicitur/extra tenorem priuilegiorum vel indulgentiarum nec in litteris Post iter arreptum. Nec cum cõmittitur causa iuxta priorum continentiã litterarum. Nec in litteris Preces ⁊ mandata/⁊ Cum olim:que dantur volentibus ingredi religio nem. Nec quãdo dicit/in appellationis causa hmõi. Nec quã do petitur obseruatio sententie deserta appellatione / vel quia transiuit in rem iudicatam. Nec vbi compellitur ferre arbitriũ arbiter. Nec in litteris super absolutione monachorum. Nec qñ dicitur de vtroqꝫ processu. Nec in litteris super defectu nata lium. Nec quando petitur absolutio ab excõmunicato:qui cõ cordauit cum parte. Nec in litteris Cum sm Apostolũ: que dantur Ordinibus non habentibus beneficia. Nec in cruce si gnatis. Et quando denunciatur excõmunicatus.vide in quin terno ti.de excõmunicantibus/ al's in litteris cũ mandatur exe cutori relaxatio sententie excõmunicationis late contra formã c.sacro/de sententia excõmunicationis.⁊.c.reprehensibilis/de appella. sed in executoria eius bene datur. Nec in litteris Si tibi:de quibus vide in quinterno ti.de restit.in integrum. Nec quando petitur confirmatio laudi:secus vbi petitur reuocatio vel obseruatio. Vide in quinterno ti.de arbitris/⁊ compositi. Nec vbi de obedientia agitur. Vel vbi subiectio vel visitatio denegatur. Nec in litteris contra Indulta. Nec in beneficio: ad cuius collationem se quis per patentes litteras obligauit: quia iam constat per litteras/prout in multis supioribus. Nec quãdo dicitur/prout in litteris inde confectis. Nec in litteris quod excõicatum clericum recipiat ad diuina. Nec quãdo littere bullantur cum serico. Nec quando publicatis attestationibus testes quandoqꝫ admittuntur/⁊ appellatur. Super iniurijs nõ est stilus firmus: quidam dederunt/ alij non/ propter verbum iniuria:quod trahitur etiam ad crimen.

Et quando questio principalis est super Crimine: seu aliqua materia:in qua nõ ponitur clausula Testes/ si appellatio inter ponitur super grauamine per Judicem illato / non ponitur in

rescripto clausula Testes/propter euentum cognitionis cause principalis in.c.vt debitus/de appella. faciunt not.per Oldra consil.cccxx.
Clausula legitimi impedimenti: & ex rõne est hmõi de qua in quinterno ti.de ꝑstationibus. Sed dictus A. legitimo/vt asse ritur impedimento detentus/nõ fuit appellationem hmõi infra tempus debitum prosecutus. Quare nobis humiliter suppli cauit: vt lapsu dicti tẽporis nõ obstañ. sibi super hoc oportune prouidere paterna diligentia curaremus. Quocirca &c.

Nota circa Conclusiones.

¶ Sequũtur forme Conclusionũ: quibus hodie vtit Cancellaria in rescriptis mere iustitie. Nam in forma Humilibus aliquid grẽ ꝓcedit Vicecãcellarius/ siue Cãcel. in administratione iustitie/ circa cõmissionem Judicũ/de antiqua cõsuetudine: ne partes expectan do signaturã: quam omnino haberent/vexarentur ex pensis/ & dispẽdio more: quod maxime debet euitari tã in Rota/ꝙ in Cãcellaria: vt in cõclu. Ro. d. clxvij.

¶ Conclusio cõmunis in conquestibus & querelis: & quomo do appellatur ab interlocutoria vel grauamine/vocatꝭ qui fue rint euocandi/& auditis hincinde propositis: quod iustum vel canonicũ in mrĩmonialibus fuerit/ap.re.decernas: Faciesq. qd̃ decreueris per censurã ecclĩsticam firmiter obseruari. Jn cau sa spolij dicit: Et dicto tali sicut iustum fuerit restituto.
Nota ꝙ in conquestibus contra Uniuersitatẽ officialem siue dominũ alicuius terre/post verbũ obseruari/dices: prouiso ne in vniuersitatem predictã vel in terrã dicti officialis vel comi tis excõmunicationis vel interdicti sententiam proferas: nisi a nobis super hoc mandatũ receperis speciale. Nisi impetrẽtur super vsuris/ vel iniectione manuũ violentarũ in clericos/ vel causa matrimoniali.
Appellatio ab vnica diffinitiua in causa matrimoniali: Man dañ. qtũs de sententia hmõi legitime cognoscens/quod cano nicum fuerit/appella. re. decernas: Faciens &c.
Appellatio a duabus diffinitiuis nõ matrimonialibus: in qua secunda cõfirmat primã. Mandañ. qtũs in causa vltime appel lationis hmõi legitime procedens/dictã posteriorẽ sñiam cõfir mare vel infirmare ap.re. curetꝭ/prout de iure fuerit faciendũ.

Appellatio a secūda sententia cōfirmatoria prime in causa matrimoniali. Mandaā. qtūs de vltima snia hmōi cognoscens legitime: quod canonicū fuerit ap. re. decernas: Facieā. ⁊c.

Ubi sunt contrarie sentētie diffinitiue ⁊ appellatur ab vltima: etiam si sint due consequenter late pro vno. Mandaā. ⁊c. de vtroqꝫ processu legitime cognoscens: illum ex eis quem rite factum fore reppereris/auctoritate nostra ap. re. approbes: reliquo sicut iustum fuerit reprobato.

Ubi sunt contrarie sententie in causa matrimoniali. Mandaā. qtūs de vtroqꝫ processu cognoscens legitime: quod canonicū fuerit appella. re. ⁊c. Facieā. ⁊c.

Quando mortuo Judice: qui cognoscebat de causa/cōmittit alijs. Quocirca qtūs vocatis qui fuerint euocandi: ⁊ causa ipsa in statu debito per vos resumpta/illam vlterius audiatis: ⁊ quod iustū fuerit ap. re. decernatis. Facieā. qđ decernetis ⁊c.

¶ Cōmissio admissionis cessionis bonoꝝ pro clerico excōicato: qui est paratus satisfacere q̄primū peruenerit ad pinguiorem fortunā.

¶ Quocirca ⁊c. si est ita/ vocatis creditoribus prefatis ⁊ alijs qui fuerint euocandi/receptaqꝫ per vos ab eodem cessione bonoꝝ predictoꝝ: necnō idonea cautione: vt si ad pinguiorē fortunā peruenerit/debita persoluet: sententiā predictam relaxare ꝓcuretis: prout de iure fuerit faciendū. Et vide. c. Odoardus de solut. ⁊. c. ꝓuenit/ de fideius. sup monasterio grauato onere debitoꝝ. vide formā in quinterno ti. de vsuris.

¶ Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria: a qua nulliter fuit appellatū: vel quia deserta fuit/ ⁊ cōmittitur eisdem Judicibus.

¶ Quocirca ⁊c. vocatis ⁊c. si vobis de nullitate siue desertione appellationis hmōi legitime constiterit/ cōtra predictū Jo. ad vlteriora procedatis/iuxta ipsam formā ⁊ continentiā lraꝝ. Olim hmōi littere etiā cōmittebātur alijs sub forma: vt postq̄ cognouissent de nullitate vł desertione remitterēt causam prioribus Judicibus. Uide not. in. c. ad hec. el. primo. ⁊. c. ex ratione/de appel. Et de verbis continentiā ⁊ tenorē formā ⁊ hmōi vide not. in. c. si cū. ⁊. c. si aplica/de preben. li. vi. ⁊. c. significāte de appel. ⁊. c. qr. v. de iudi. ⁊ in multis alijs iuribus.

¶ Quomodo petitur obseruatio sententie diffinitiue ⁊ excōmunicationis.

¶ Quocirca &c. si est ita/diffinitiuam sicut rite/excōmunicatio-
nis sicut rationabiliter prolate sunt sentētias hmōi faciatis au
ctoritate nostra/vsqz ad satisfactionem condignam inuiolabili-
ter obseruari. Uide glo. & doct. in. c. quoniam Abbas/ de offi.
deleg. & Spec. ti. de remissioñ.

¶ Conclusio absolutionis ab excōmunicatioñ. pro eo
qui est paratus satisfacere/de consensu partis: & pare-
re iudicato/& litteris.

¶ Quocirca &c. Mandañ. qtũs si est ita/predictuz. P. postqz
lrīs ipsis legitime paruerit cū effectu: & ad hoc dicti. S. consen
sus expressus accesserit/ ab eadem snīa/& alijs censuris per eū
occasione premissoꝝ incursis / hac vice duntaxat auctē nostra
absoluatis in forma Eccl'ie cōsueta : & iniungatis ei pro modo
culpe penitentiā salutarem/& alia que de iure fuerint iniungen
da. Et si iniuriatus ex nō rōnabili causa reniteretur absolutio-
ni. Uide not. per Hosti. in summa de penitentijs.

¶ Conclusio pro excōmunicato ratione contumacie:
qui est paratus parere.

¶ Quocirca &c. F. si hoc legitime petierit/recepta tamē prius
ab eo cautione idonea super eo quo excōmunicatus habetur/
ab excōmunicationis sententia hmōi/ de ipsius dñi consensu/
hac vice duntaxat absoluatis in forma Eccl'ie cōsueta: iniunga
tisqz ei pro modo culpe penitentiā salutarem/& alia &c. vide d̄
hijs absolutionibus an sint pro cōtumacia/an pro offensa in. c.
qua fronte/de appel. & c. ex parte/de ver. signifi. el. primo. & c.
venerabilibus/de sen. excō. li. vi. & glo. in. c. ex litteris/de offi.
deleg. & Spec. ti. de contumacia. Quando vero cōmittitur ab
solutio super iniectione manuū/tūc ponitur prestatio iuramen-
ti q̄ deinceps talia non cōmittet &c. Et idem fit in violatori-
bus ecclesiastice libertatis/& alijs huiusmodi. Uide in. c. ex ti-
more/de sentent. excōmunicatioñ.

Obseruatio sententie: que per desertionem transiuit in rem iu
dicatam/cum taxatione expensarū. Mandañ. quatenus si vo-
catis qui fuerint euocandi/ vobis de desertione appellationis
hmōi legitime constiterit/sententiam predictam sicuti rite pro-
lata est faciatis auctoritate nostra appella. re. firmiter obserua-
ri: & expensas ipsas prouida moderatione taxare curetis: Et si
taxationem ipsam per vos fieri contigerit / faciatis eidem. B.
per censuram ecclesiasticam appellatione cessante/de expensis

ipsis debitam satisfactionem impendi. Iste stilus super vacatiom videtur consonare cu opi. Bar. in. l. i. ff. nil noua appella. pend. et Bal. in. l. eos. C. de appel. Satis probat tex. in. l. ij. versi. C. de temp. appel. et vide canonist. recetiores in. c. ex rone/ de appel. post Inno. Butri. et Imolam contrariu tenentes.

¶ Quando excommunicatus petit absolutionem et relaxationem interdicti.

¶ Quocirca etc. vocatis qui fuerint euocandi/ si vobis constiterit dictu. B. eidem. G. de premissis satisfecisse/ predictum. B. hac vice dutaxat auctoritate nostra absoluatis in forma etc. salutare/ et interdictu hmoi relaxetis.

¶ Conclusio quomodo petitur obseruatio laudi siue arbitrij: a quo non fuit intra tempus debitum declaratum nec acceptatum.

¶ Mandamus qtus dictum arbitriu sicut iuste latum est faciatis per penam in compromisso hmoi appositam auctoritate nostra ap. re. firmiter obseruari. Vide doct. in. c. quinta vallis. de iur. iur. et C. de arbi. l. pen.

¶ Obseruatio sententie: que transiuit in rem iudi.

¶ Quocirca etc. vocatis dicto tali/ et alijs qui fuerint euocandi/ si vobis de re iudicata huiusmodi legitime constiterit: sententiam predictam sicuti rite prolata est faciatis auctoritate nostra firmiter obseruari. Vide que habentur in. c. ea que/ de re iudicata. Et hec forma: que aduocationem et citationem consonat opi. glo. l. ij. C. de in offi. testa. et Cy. in. l. ab executore. C. quorum appella. non recipian. De quo per Inno. in. c. ex ratione/ de appella. et. c. cum super/ de re iudicata. et Bar. in. l. ad inopi. §. in venditione. ff. de re iudicata. In causis autem matrimonialibus/ quamuis quo ad aliquos effectus transeant in rem iudicatam: vt in. c. dilecte. et sua nobis/ de appella. per docto. Tamen Cancellaria non solet dare executionem siue obseruationem sub predicta forma: Sed quando petitur/ dat simpliciter clausulam/ vocatis etc. In sententia autem super separatione thori bene datur obseruatio: licet Io. an. et quidam alij doctores videantur aliud sentire in. c. ex litteris/ de diuor. et. c. lator/ de sent. et re iudicata.

¶ Si non obstante lapsu temporis committatur Iudicibus/ vt ad vlteriora procedant.

¶ Quocirca etc. Mandam. quatenus/ si quod de impedimeto

hmōi proponitur veritate fulcitur lapsu dicti temporis nō obstante ⁊c. vlterius in causa ipsa iuxta lrāꝝ predictaꝝ continentiā ⁊ tenorē procedatis. ⁊ vide Spec. ti. de remissio. ⁊ nota. in c. si eū/de preben. li. vi. ⁊ in. c. exhibita/de iudi. per Jo. an.
Hiis formis Cācellaria vtitur hodie in rescriptis iustitie ⁊ in appellationibus: q̄uis clausula vocatis ⁊c. sit cōmunis ⁊ frequentissima in simplicibus cōquestibus/querelis/⁊ in quibusdam aliis rescriptis. Relique aūt forme rescriptoꝝ simplicium in quibus ponitur clausule speciales in cōclusionibus eoꝝ: ⁊ in quibus nō fit mētio de appellatione/possunt colligi ex quinterno Cancellarie: sup quibus hodie nō est aliquid imutatum vcʒ in materia arbitroꝝ/ iniectionis manuū/vsuraꝝ/matrimonioꝝ/indebitaꝝ alienationū: neqʒ in quibusdā aliis: sed seruat antiquus stilus Curie. Super reuocatoriis vero in causis appellationū nō ponuntur hodie forme que habentur in libro reuocatoriaꝝ: ⁊ referunt per Spec. ti. de appel. §. de officio. ver. vt autem. ⁊ in rubrica de remis. Sed plerūqʒ in illis exemplis Spec. ponitur clausula/vocatis/in conclusionē. vel clausulis d quibus supra. Predicta aūt clausula/vocatis: que vt dixi ponitur creberrime in simplicibus rescriptis/ ⁊ in appellationibus a grauamine/vel interlocutoriis: ponitur etiā in casibus sequētibus quādo pars reclamat a laudo vel arbitrio: ⁊ quādo Judex vel pars post appellationem a grauamine vel interlocutoria procedit ad diffinitiuā vel ad vlteriora temere attentando: vel quādo processus vel sententia petitur nulla decerni: ⁊ qū sunt late due interlocutorie cōtrarie: nec tūc dicitur de vtraqʒ ⁊c. Et quando Judex qui nullā habet iurisdictionem de facto processit: vel quando remittitur causa per Judicē ad examen Sedis apo. vel ad Cu. quod idē est vt no. glo. in. c. statutū/de preben. li. vi. ⁊ in similibus ponitur dicta clausula/vocatis.
Et quia diuersa est conclusio in appellationibus ⁊ diffinitiua ⁊ interlocutoria/ponent̄ alique remissiones ostendentes: que dicantur diffinitiue vel interlocutorie f̄m doctrinas doctoꝝ ⁊ stilum seu consuetudinem Cancellarie.
Impositio ꝑpetui silentii est diffinitiua. vide Bal. post Spec. ti. de sentent. prolata. Sententia lata super articulis iuris est interlocutoria. not. Bal. in. c. sua nobis/de appella. ⁊ l. preses/d sentent. ⁊ interlocu. iudi. C.
Sententia excōicationis/ suspensionis/ vel interdicti habetur

pro interlocutoria: et ponitur de stilo clausula vocatis. no. glo. q. q. i. in summa. Nec proprie debet appellari sententia. vide Archi. xviij. dist. c. fi. nec transit in rem iudi. quin possit semper agi per viam querere: vt not. in. c. sacro. de sent. exco.
Confirmatio electionis absque contradictore non habetur pro sententia. Et si fiat cum cause cognitione per controuersiam contradictoris habetur pro diffinitiua / et ponitur clausula in appellation. etc. vide Hosti. et docto. in. c. constitutis / el. iij. de appella. et Jo. an. in. c. auaritie / de elec. li. vi. Et vide decisi. Egid. de Bellamera ti. de re. iudi.
Sententia qua approbantur fideiussores habetur pro interlocutoria / et ponitur clausula vocatis etc. vide Ludo. consil. lxxij.
Preceptum Judicis factum inconfessum de soluendo absque termino ad respondendum / quare non debeat fieri preceptum / non est diffinitiua. vide Bar. in. l. non fatetur. ff. de confessis. vide Ange. in. l. si debitori. ff. de iudi. Et an sententia qua pronunciatur aliquem esse absoluendum sit diffinitiua. vide dominum meum Alex. in l. ff. de iurisdict. om. iudi.
Sententia que profertur in actione quod metus causa / et similibus propter penam vel restitutionem habetur pro diffinitiua et ponitur clausula in appellation. etc. vide doc. in. c. i. quod metus causa. et Bar. in. l. sine exception. §. hec autem actio. ff. quod metus causa.
Pronunciatio quod aliquis sit vel non sit legitimus procurator vel tutor et huiusmodi / habetur pro sententia interlocutoria. Vide Bal. in. l. ij. de epi. audie. et. c. ex parte / de appel.
Sententia super cessione bonorum habetur pro diffinitiua. et vide dominos de Rot. in duabus decisi. et Egid. decisi. cxcix.
Sententia per quam pronunciatur esse locum purgation. habet vim diffinitiue: et ponitur clausula vocatis etc. sed per quam mandatur purgatio est interlocutoria: et per quam diffinitur aliquid / nisi se purgauerit est diffinitiua: et ponitur clausula appellationis etc. vide doc. in. c. Cum. p. de purga. can. et. c. quod ad consultationem / de re iudi.
Sententia qua pronunciatur aliquem non audiendum / si lis contest. fuerit habetur pro diffinitiua. vide doc. in. l. diffamari / de inge. et man. C.
Sententia super nullitate oblato super hoc libello habetur pro diffinitiua / alias secus. vide doc. in. l. quod iussit / de re. iudi. ff. et Bal. in. l. i. de fer. et Rot. in duabus decisi. lxxxvi. et. cccxli.

Sententia qua aliquis absoluitur a contentis in libello vel ab obseruatione iudicij habetur pro interlocutoria habente vim diffinitiue: et ponitur clausula vocatis etc. vide doc. in l. Titia/ de accusa. et Bal. in l. ij. de epis. audi. et Angel. in consil.
Sententia que imponit alicui silentium ex lapsu dilationis est interlocutoria/ et datur clausula vocatis etc. vide Bal. in addi. Spec. de dila.
Sententia super alimentis nisi agat incidenter est diffinitiua. vide doc. in l. si quis a liberis. §. si quis de liberis agno. ff.
Sententia super extimatione seu cōdemnatione eius habetur pro diffinitiua. vide. in l. vinum si cer. pen. ff. et Bal. in l. fin. de fide. liber. C.
Sententia super possessorio lite contestata in eo est diffinitiua et ponitur clausula in appellatiō. etc. vide Bal. in l. ij. de epis. aud. Et vide doct. in l. quod iussit/ de re iudi. et c. consuluit de offi. deleg.
¶ Pronūtiatio sup cōpromittendo vel nō est interlocutoria habens vim diffinitiue. vide Bal. in l. i. si quacūqz pre. po. C.
Sententia que fertur sup reuocatione attemptatoz habet vim diffinitiue/ et in ea ponitur clausula vocatis etc. vide. glo. in. c. nō solum/ de appel. li. vi. et Rot. decisi. lxx.
Reuocatio inhibitionis vel inhibitoria: que fit per Judicem ad quem est interlocutoria. vide Feder. in consil. et doct. in. c. cum teneamur/ de appella.
Sententia super executione instrumenti vel sententie est interlocutoria. vide Ange. in. l. ab executore. ff. de appella. et Bal. in. l. ab executore quoz ap. non reci.
Sententia super liquidatiō. instrumenti vel sententie est interlocutoria. vide Bal. in. l. fi. C. de sent. que sine cer. quant.
Sententia super probatione admittenda/ vel non habetur pro interlocutoria. vide doc. in. c. significantibus de no. op. nunc.
Sententia qua decernitur veniendum esse ad primū vel secundum decretū est interlocutoria. Bal. in. l. per hanc. C. de temp. appel. et ipsa decreti impositio est etiā interlocutoria. vide Feder. in consil. et not. in. c. i. de dilat.
Sententia super taxatione expensarum vel expēs. facta simul vel cum principali diffinitiua: est diffinitiua seu pars eius: sed lata ante diffinitiuam est interlocutoria. Vide Angel. li. i. ff. de vsuris.

Sententia super verbis priuilegiorum lite super hoc contestata/ est diffinitiua/al's est interlocutoria·vide doct·in·c·olim·de priuil·et in·c·veniens/de ver·signi·

Sententia qua pronunciatur appellationem esse desertam: est interlocutoria: et in ea ponitur clausula vocatis / quibus habeat vim diffinitiue: vide Bal·in·l·ij·de epis·aud·et decisi·Rot·

Sententia qua pronunciatur bene fuisse appellatum/ vel laudatum est diffinitiua: sed si pronuncietur male appellatum/ habetur pro diffinitiua respectu Judicis : et in ea ponitur clausula vocatis etc·Vide doct·in·l·fi·C·cõmu· de legat·et Pau·de castro consil·xxvi·

Sententia super potentia appellandi habet vim diffinitiue : et in ea ponitur clausula vocatis etc·vide Bal·C· ne liceat tertio prouoc·et decisi· Rot·lxxxiij·

Sententia qua pronunciatur esse probatum vel non/ est interlocutoria·Bal·in·l·ante·C·quo·ap·nõ reci·

Sententia super recusationum· est interlocutoria· vide Archi· in c·iudex/de offi·deleg·li·vi·

Sententia que fertur super processu cause si agatur principaliter de validitate vel inualiditate eius est diffinitiua al's nõ·vide Bal·in Rubrica/ne liceat tertio prouoc·et in·l· si preses·C· quomodo et quando iudex: et Collect·in·c· quod ad consultationem de re iudi·

Sententia qua pronunciatur instan· esse peremptam est interlocutoria·vide Bal·in·l·fi·C·si tutor vel curator mor·fue·

Sententia super quibuscunque exceptionibus est interlocutoria: et si cõmittatur causa huiusmodi appellationis ponitur clausula vocatis etc·vide·c·fi·de appel·li·vi·et glo·in Cle·fi·eo·ti·et Bal·in·l·ij· de sen·ex periculo recitan· Datio apostolorum dicitur etiam interlocutoria/et publicatio attestationum et pronunciatio quod testibus ad futuram memoriam examinatis credatur· vide Bal·in addi· Spec·de appella·et in·l·publicati·C·de testa·et in auten·si quis C·de testibus·

Cõmissio examinationis testium facta alteri Judici / et declaratio super libello sunt interlocutorie· vide Bal·in·l·iudices·C· de fide instru·et in·l·edita·C·de eden· et pronũciatio quod dos nõ sit liquida·idem in·l·fi·C·de sent·que sine cer·quant·prof·

Pronũciatio super incompetentia Judicis est interlocutoria vide glo·in auten·habita ne fil·pro patre·

Snia lata super appellatioñ· ab interlocutoria etiã est interlocutoria: ꝛ de stilo ponitur hodie clausula vocatis·Vide Bal· in aut·hodie·C·de iur·calũ·ꝛ Bar·in consil·

Sententia per quam ponitur silentiũ accusatori dicitur interlocutoria·in·l·fi·de sent·excõ·peri·reci·

Deputatio loci vel tribunalis per Judicem dicitur interlocuria·vide Bal·in·c·de probi·feud·alie·

Sententia super etate/vel super inquisitione est interlocutoria vide Bal·in·l·fi·C·si minor se maior·dixerit·ꝛ·l·etiã·C·d furt·

Quando Judex procedit ad vlteriora reiectis tacite exceptionibus est interlocutoria/ ꝛ ponitur de stilo clausula vocatis·vide Spec·ti·de appella·

Sententia qua pronunciatur sup sindicatu:ꝛ q̃ pronunciatur nõ esse probatũ/ꝛ de restituendo in integrũ est interlocutoria· vide Bal·in·l·cum iudex·C· de sent· ꝛ in addi·Spec·de sindico·ꝛ in·l·fi·C·de sent·que sine cer·quant·

Repulsio presentati nõ seruato ordine iudiciario in cognoscendo nõ dicitur diffinitiua sententia: sed potius decretum approbatoriũ vel admissoriũ·Et idem dic in similibus pronuntiationibus super admissioñ·vel nõ admissioñ ad aliquem magistratum vel officiũ·ꝛ ponitur clausula vocatis ꝛc·vide Jnno·in·c· constitutus/ de appella·ꝛ Oldra·consil· xviij·ꝛ·l·bi qui·C· de appel·ꝛ ibi doct·maxime Gallicanos·

Si appellatur a spoliatione seu priuatione propter nõ residentiam ponitur clausula/ vocatis ꝛc· vide doct·de cler·non resi· ꝛ Oldra·consil·cxcv·

Et generaliter aduerte q̃ omni casu quo proceditur super aliquo articulo oblato libello super eo/ ꝛ non incidenter dicitur sententia diffinitiua / ꝛ ponitur clausula in appellatioñ·ꝛc· al's in dubijs ponitur causula vocatis ꝛc·vide ad hoc Bar· in·l·i· §·fi·de pretor·stipul·

¶Sũma doctrinalis collecta ex formis antiquis Cancellarie ꝛ iuribus ꝛ dictis doctoꝝ:ad quem debeat vel possit appellari obmisso medio/vel gradatim·

Ad papã appellari põt obmisso medio·ij·q·vi· ad Ro·cuꝫ alijs iuribus: fallit qñ delegat⁹ pape subdelegat causam alteri nõ in totũ·c·sup questioñ·§·porro/de offi·deleg·ꝛ·c·si delegatus/de offi·deleg·li·vi·ꝛ talis appellatio est nulla/qñ fuit oppositũ per

partem vt per Archi.in.c.si deleg.et in tali casu si iudex subdelegatus deferret appellationi deuolueretur ad Papã:nec posset delegatus reuocare/etiã si subdelegasset cũ clausula/ donec duxerit reuocandũ.Lapus in dic.c.si delegatus.et vide Rot.ij.vel antiquo ti.de appel.Si vero delegatus subdeleget in totum/tenetur appellare ad Papam/et nõ ad delegantẽ vt dict.§.porro. Item in duobus vel pluribus delegatis a Papa si vnus cõmittit alteri vel alicui tertio/ etiã nõ in totum debebit tunc apellari ad Papã obmisso medio.glo.in dic.c.super questionum.et si duo de offi.deleg.li.vi.et doct.ibi.licet Rot.ti.de offi.dele.in nouis videtur dicere ꝙ possit: nõ ꝙ debeat: alius casus est in.c.si subdelegato/de offi.deleg.li.vi.Et a subdelegato alterius ꝗꝫ Pape potest appellari obmisso delegãte ad papam.doc.in dic.§.porro.et in.c.cum Bertoldus in fi.et a delegato Epi potest appellari ad legatũ:vt in.c.cum venissent/ de eo qui mitti.in pos.et doct.in.c.dilecti/de appel.sed in subdelegato delegati ad vniuersitatem causaꝝ fit differentia an in totũ vel nõ:vt in.c.dilecti per doct.et.c.cum causam/de appella.Et a delegato Episcopi ad eius Vicariũ valet appellatio ſm Rot.sed non a Vicario ad Episcopũ: etiam si Eps delegaret c.de consil.li.vi.ab Officiali foraneo siue Vicario speciali appellari debet ad Episcopũ nõ ad Archiepm nisi appellaret ad Papã.vide hoc in.c.ij.et Cle.ij.de rescrip.Et a delegato officialis foranei appellari debet ad eum non ad Episcopum.vide glo.in dict.Cle.A sententia delegati a Vicario Episcopi vel Prelati subditi Episcopo potest appellari ad Episcopum vel Vicarium eius vel Archiepiscopum vel Papam. Vide glo.et doct.in dic.locis/et Rot.Et a subdito Epi ad Vicariũ eius et ipsum Episcopum vel Papam.Et si sunt duo delegati a sede Apostolica/ et vnus cõmittit alteri in totum vices suas:collega vero cõmittit alteri: sed non in totum/ appellatur ab istis ad Papam per regulam Spec. et Jo.an.in addi.ti. de appellatiõ. quod qualitercunqꝫ permisceas delegatam vel subdelegatã in totuꝫ cum subdelegatis in partem semper appellatur ad Papã:vt not.in dic.§. si vero. Et si appelletur a Prelato subdito alicui Archidyacono:qui Archidyaconus est subiectus Epo:tunc poterit appellari ad Epm/obmisso medio:nam Archidyaconus nõ facit tunc gradũ cum Epo/sed ambo concurrunt simul:ex eo qꝛ Eps est ordinarius totius dioc/ ad quem

appellari potest: vt in. c. Roman. §. i. et. xi. q. i. de persona. Poterit ergo appellari ad vtrumque: et idem in omni casu/ vbi iurisdictio mediata et immediata concurrunt simul: vt per doct. dic. c. dilecti. Et quando Eps recusatur suspectus: et ipse delegat causam alteri: tunc a sententia talis delegati non appellatur ad Epm sed ad Archiepm: glo. in. c. si is cui/ de offi. deleg. li. vi. Et vide doct. in. c. si quis contra clericum/ de for. compe. Et quando proximus in gradu non est catholicus/ vel est excoicatus/ aut suspensus: tunc posset appellari obmisso medio: dict. c. si is cui. et. c. quia diligentia/ de elec. Ad Legatum pape in tota eius delegatione potest appellari obmisso medio vt fieret ad Papam. glo. in. c. i. de offi. deleg. et dic. c. Roman. et Spec. Et Legatus debet committere causas iuxta formam. c. statutum: etiam si sit delegatus natus. vide in dic. in decisi. Bellamere/ de offi. deleg. Et quando Archieps litigat contra subditum Epi/ et appellatur ad Papam. Joan. in. c. Roman. et Abb. in. c. dilecti/ de appel. Et quando Eps litigat cum eius subdito debent eligi arbitri. vi. q. i. si clericus. et ab eis appellari debet ad papam. glo. in. c. ab arbi. de offi. deleg. li. vi.
A sola citatione admittitur appellatio a Cancellaria/ si fiat narratio sub hac forma: Sua nobis etc. falso referente. B. preposito etc. quod idem. L. quasdam pecuniarum summas tunc expressas etc. idem prepositus eundem. L. in quem nullam iurisdictionem ordinariam seu etiam delegatam habebat / vt infra certum tunc expressum terminum sub certis etiam tunc expressis censuris etc. querelis dicti C. responsurus coram eo compareret citari fecit: vnde dictus L. sentiens etc. appellauit etc. vide Spec. ti. de citatio. et Pau. ibi. et Collect. in. c. i. de dilat.
A grauamine/ vel sententia lata a Judice seculari/ etiam extra terras Ecclesie contra Clericum/ de facto admittitur appellatio: et datur clausula vocatis etc.
Quando quis citatur ad locum non tutum et appellatur non dantur hodie littere/ nisi dicatur Judicem requisitum noluisse alium assignare securum: de quo per docto. in. c. ex parte/ de appella. Et in hoc stilus Cancellarie fuit varius/ nisi vbi impetrans narrat locum notorie fuisse non tutum. Uide de hijs formam quinterni de iustitia vltimum in ti. de manda. que fi. iud. diu tenen. caus. in suspe. et in tractatu Martini de Ebulo ti. de appel. et Anto. de Butrio. et Jmol. in dic. c. ex parte. et Ang. in quadam disputa. et Collect. qui refert hanc varietatem Cancellarie in. c. accedens.

vt lit·nõ contest· Et etiã ab arctitudine dilationis nimis breui admittitur appellatio: ⁊ dantur lr̃e/al's nõ/nisi dicatur Judicẽ fuisse requisitũ de competenti dilatione/⁊ illã denegasse· vide ad hoc doct·in·c·i·de dila·⁊ Bar·in·l·ij·de re iudi·
Et nota etiã ꝙ super spolio beneficij / vel alterius rei prophane non solent dari littere per Cancellariã/ nisi spoliatus dicat aliquid de proprietate/hoc est ꝙ tale beneficium canonice sibi collatum assecutus aliqͣdiu tenuit ⁊c· Uel si esset res prophana/eam ad se spectare· Uide Jo·Ganfredi in·c·in lr̃is/de resti·spo·qui meminit etiã huius stili·
Et aduerte ꝙ licet vbi est cõtrarietas docto· Judex eligendo vnã opinionem excusetur: Tñ Cancellaria nõ solet dare lr̃as pro appellante/vbi sunt contrarie opiniones notabiliũ docto· an illud sit grauamen/ vel nõ: ne Papa grauamen iustũ fuisse ⁊ alteram ex opinionibus approbare videat̃: per not· per Ab· anti·⁊ alios in·c·Romanã·§· quod si obijciatur/ de appel·li·vi· ⁊ per recentiores in·c·dilectus·el·ij·de rescrip·⁊ per infra not· ⁊ decisi·Bellamere·
Nec solet multo fortius Cancellaria cõcedere declarationes super casibus: in quibus celebres doct·diuersa opinati sunt: ⁊ presertim in sacramentalibus/vel cõcernentibus peccatum: vt not·per docto·Gallica·in·c·vir·de sec·nup·nisi per continuatã ⁊ antiquã consuetudinẽ ⁊ interpretationẽ Cancellarie fuisset vna ex illis opinionib⁹ acceptata ⁊ firmata : vt in·l·minime·ff· de le··⁊ ad hoc Rot·de fil·presbi·in nouis: ⁊ si de hoc nõ constat in dubijs abstinet·vide de hoc Jo·Ganfre·in·c· finem litibus/de dolo ⁊ contu· Et alios doct·Gallica·⁊ presertim Jo·de Censello in·c·accedens: vt li·nõ contest·⁊ Abba· anti·in·c· consulti de regula·facit glo·in Cle·dudũ/de sepul·⁊·c·detestãda/de conces·preb·li·vi·⁊ not·in·§·fi·insti·de satisda·Tunc ergo stilus Cancellarie facit ius / quomodo est tali antiquitate approbatus: de cuius contrario nõ extat memoria hominũ: ⁊ fuit cõtinue obseruatus · Secus ergo quomodo stilus non est antiquus nec constans ⁊ tenax: sed varius ⁊ non firmatus vt probatur in·l·fi·C·que sit long·consue·⁊ ibi per docto·Galli·⁊ Bal·in recolec·cũ equiparet̃ ibi stilus Cu·cõsuetudini antiquitus obseruate: ⁊ verbũ antiquitus innuit non extare memoriã hominũ de cõtrario: vt not·glo·qui feu·dar·pos· in prin·⁊ not· in·c·ad audientiã de re·eccle·nõ alie·⁊ facit·l·fin·vbi hactenus

C·de iniur·facit ad hoc quod nota·Collect·in·c·ex insinuatio-
ne/de rescrip·
Amonitioñ·et mandato ex arrupto per Judicem factis admit-
tit Cancellaria appellationē/ et dat litteras super ea: etiā si nō
dicatur fuisse requisitum Judicem de reuocatione mandati/ et
hoc quādo Judex non adijcit terminū ad implendū mandatū:
apposuit tamen penam/ sed si nō esset apposita pena per Judi-
cem/vel esset apposita cū adiectione termini nō darentur litte-
re super appellatione·vide ad hoc doc·in·c·cum sit de appel·et
Collec·in·c·consuluit·eo·ti·et Inno·in·c·cum cessante·
Appellationē extraiuditialem a futuro grauamine a iudice ex
coniecturis inferendo nō admittit Cācellaria: vt not·Collec·
in·c· de priore/de appella·vide not·in·c·cordi· eo·ti·li·vi· et in
c·bone·a parte aūt admittitur iuxta·l·diffamari/super iactatioñ
vide Inno·in·c· causam qui fil· In iuditio autem an admittat
appellatio conditionalis a grauamine inferendo·vide nota· in
c·significauerunt/de test·
Si clericus qui traxit laicū coram Judice ecclesiastico nō asse
rat illum fuisse competentem rōne consuetudinis/aut quia cau
sa forum ecclesiasticum concernebat vel al's: et appelletur a sen
tentia illius· Negabantur olim littere per Cancellariā/ atten-
to malo initio/et in iusta citatione hodie dātur rōne tacite pro-
rogationis: si ille Judex erat ordinarius clerici·vide ad hoc·l·
Epale/de epi·audi·et Collect·in·c·dilecti/de appel·
Baptizatus fuit infans in domo per necessitatē/ deinde in ec-
clesia iterum baptizatus solemniter precedente cathacismo te-
nuerunt aliqui infantem in solemni baptismo: cum dubitaretur
an esset contracta compaternitas saltem ratione cathacismi in
solemni baptismo facti: et peteretur super hoc declaratoria sub
plumbo a Cancellaria videlicet nullam compaternitatē fuisse
contractā ab hijs qui in solemni baptismo infantem tenuerūt:
fuit data per me de consilio peritissimi viri dñi Nicolai de Ca
stello/et alioꝝ dominoꝝ de parco/ accedente etiā consilio reue
rendi atq; optimi patris et cōsumate doctrine viri dñi Jo·an·
Epi Alexandrini/ quāuis R·p·dñs Felinus Auditor Rote/
vir plurime lectionis/et splendide ac opulente doctrine esset in
contraria opinione dicēs propter predictū cathacismū et alias
solēnitates in primo baptismo obmissas : que postea retro tra-
huntur fuisse contractā compaternitatē: per not·in·c·peruenit

cum glo·xxx·q·i·et·q·iiij·si quis: et quia fingũtur tunc fuisse facta ad quod·c·sicut/de cons·dist·iiij· vide materiam glo·lxviij· dist·§·quod vero·et·c·ij·de apost·et Lapum in·c·ij·de cog·spi·li·vi·et not·in dic·c·peruenit· Nec defuit quidã ex doctoribus qui diceret materiã de contractione compaternitatis propter cathacismũ nõ habere locum quando consecutiue et absq3 magno interuallo baptismus subsequitur cathacismũ cum eisdem compatribus et cõmatribus: vt fit hodie in infantibus: sed habuisse locũ olim in adultis: qui veniebant ad baptismũ postq̃ aliquo tempore prius fuerant cathecumini cũ alijs compatribus: et ita intelligebat prefatus doct·dic·c·peruenit: et facit pro eo·c·in cathecismo/de cons·dist·iiij·cũ multis alijs: facit tamen contra dic·c·si quis/quod loquitur in infante: hodie aũt nõ solent esse diuersi compatres siue patrini in cathecismo et baptismo/ vt volebant iura antiqua: et vide Hosti· in summa de hac materia·Quantũ autem ad casum nostrũ mihi visum fuit debere dari declaratoriã/maxime propter dic·c·ij·in ver·precedit: quod indicat ita demũ contrahi compaternitatem/ si procedat quod hic nõ fuit/quia longo post tempore secutũ est·Et si dicatur precessit saltem istud secundũ solemne: dico q nõ precessit baptismũ verum/quia istud secundũ baptisma quãuis solemne nihil fuit/cũ nõ debeat reiterari: vt·C·ne sanc·bapt·reiter·Et si replicetur retrotrahitur: etiam hoc non inuenio in iure q habeat locum retractio in hoc maxime cũ non sit necessaria nunc post perfectum actum: qui actus non indiget illis adminiculis nisi suo tempore fiant: hic vero fiunt tempore quo non est necesse q fiant: quia iam erat perfectus baptismus per sua essentialia factus·c·i·de sacrament·nõ iter·et de cons·dist·iiij· in multis canonibus·facit etiã dic·c·ij·de apost· et illud/qui recedit a tempore debito recedit a forma·l·qui Rome·§· augerius·l·bonoꝝ·ff·rem hab·ff·de accusat·tut·l·scire·§· consequens· Fictio etiã nõ habet locũ: per not·per Bar·in·l·si quis/pro emptore·ff·de vsur·cũ extrema nõ sint habilia: et not·per glo·in·l·si ego/de neg·gest·faciunt etiã not·in·c· nõ prestat/ de re iudi·li·vi·et per Oldra·clxvij·consil·presertim in spiritualib9·ad hoc·xxxv·q·ix·et not·per Archi·in·c·i·de voto·li·vi·

Cũ quereretur de iniquitate arbitri/ q2 arbiter non solũ declarauerat debitũ esse: sed etiã adiecerat tempus solutionũ fiende/ nõ fuerũt date lr̃e·vide tex·in·l·seruos/de manu testa·et formã·

Si iudex secularis condẽnet clericũ in causa reali dantur litte re per Cancellariam super nullitate contra opĩnio. Gallic. vi de doct. in. c. qualiter/de iudi.
Cũ appellatũ fuisset/ quia Judex nõ cõpulerat sindicũ vniuer sitatis ad satisdandũ de iudicatũ soluendo fuerunt negate lr̃e. vide doc. insti. de satisda. §. sinautem ꝛ formã.
Ubi in rescripto fit mentio d̃ cessioñ. donatioñ. vel alienatioñ. minoris ꝛ hmõi/semper ponitur ꝙ predicta sint facta rite.
Cancellaria indistincte cogit arbitros ꝛ arbitratores ad lau dandũ seu arbitrandũ postq̃ susceperint onus. vide in quinter no iustitie ti. de reuocatioñ. com positioñ. ꝛ ti. de arbitris. Nec fit differentia an sit apposita pena vel non. de quo in. c. quinta vallis per doct. de iur. iur.
Et notatur ꝙ littere in forma Significauit minus taxãtur per Cancellariã pro clericis q̃ȝ pro laicis: ꝛ ita debet fieri in alijs ar. l. cum clericis. C. de epis. ꝛ cle.
Citatio per edictũ bene datur per Cancellariam absq̃ȝ signa tura in rescrip. in forma humilibus: sed absolutio ad cautelã in excõmunicatione a iure non datur.
Cancellaria indistincte dat relaxationẽ iuramenti super omni cõtractu in quo quis narret se enormiter fuisse lesum/ propter presumptionẽ doli aduersarij ꝛ peccati vel temeritatis iurãtis vbi est dolus re ipsa/ꝛ pars lesa est conscia: aut si non sit con scia datur relaxatio: quia non videtur cogitatũ de dolo/etiam re ipsa per iurantem.
De verbo curare aliquid fieri quod ponitur sepe in rescripto Significauit/quid significet. vide Pau. in. c. generali/de elec. li. vi. ꝛ not. in. c. hac constitutione/de offi. delc. eo. li. ꝛ de ṽbo inducere. vide eo. ti. de elec. c. sciant cuncti. De verbo aũt insti gare ꝛ sollicitare vide Bal. Ang. ꝛ Jmol. in. l. qd ergo. §. pen. de leg. ꝛ de verbo per omnia vide in dic. c. hac constitutione: quia nihil adaptabile excludit.
Etiam si fuerit iuratum per partes stare laudo nihilominus su per iniquitate eius ꝛ reductioñ. ad arbitriũ boni viri danẽ lr̃e per Cancellariã cum non obstañ. iurament. vide in quinterno iustitie ti. de arbitris/ in quarta forma. ꝛ Spec. eo. ti. ꝛ Inno. ꝛ alios in. c. quinta vallis. ꝛ. c. veniens de iur. iur. Sed cũ ista reductio peteretur a Cancellaria inter laicos ꝛ arbitro laico/ fuit dubitatũ an possit dari: ꝛ fuit conclusum ꝙ sic/cum sit vi

dendum primo an iuramentũ de stando laudo laici obliget iurantem in eo quod pretendit inique vel nulliter arbitratũ: de quo non potest cognoscere/ nisi Judex ecclesiasticus: et satis videtur hoc probari in dic. c. veniens: et c. quinta vallis. et vide ibi Anto. de Butrio in. xxxiiij. et. xxxvij. colũnis. Unde est notandum/ quod vbi cõpromissum est iuratum vt cõmuniter sunt/ nõ poterit reduci ad arbitriũ boni viri/ donec sit declaratũ per Judicem ecclesiasticũ iuramentũ nõ obstare propter iniquitatem vel nullitatem laudi. et vide eundem Anto. in. c. cum sit/ de for. compe. v. col. et c. dilecto/ de appel. penul. col. et in. c. si clericus/ de for. compe. et Feder. in consil.

Impetrabat rescriptũ quidam Panormitanus clericus coniugatus super hypoteca cuiusdam nauis consistentis Neapoli contra quendam alium Panormitanũ/ et petebat Judices in ciuitate Neapolitañ. fuerunt ei negati per. l. i. §. si quis de naui ff. de vi. et vi armata.

Uerbũ niti verificatur quando aliquid tentatur fieri/ vel incipit fieri/ vel est iam factũ contra id quod est prohibitum fieri a lege vel ab homine: et not. in. c. ex eo. et c. certũ/ de re. iur. li. vi. et c. ij. de suppl. ne. prel. et c. cũ contingat/ de iur. iur. et c. dudũ. el. ij. de elec. et c. gratũ/ de postul. prel. Osius de elec. c. dilecti. et c. gemma de sponsa. c. i. et c. clericis/ de imunita. eccle. li. vi. c. Joannes/ de cler. coniug. et c. quia nõnulli/ de cler. nõ resi. cum multis alijs: quod not. pro rescriptis in forma Cõquestus: in quibus Cancellaria sepe vtitur hoc verbo/ nititur.

Et de verbo nequiter/ quo similiter Cancellaria vtitur in rescripto in forma Significauit/ pro occultis detentoribus. Uide in. c. sedes/ de rescriptis. et c. a nobis/ de aposta. et c. vt inquisitionis/ de hereticis. li. vi. et l. deinde/ de liber. exhi. et l. bonem. §. mortis. de edi. edic. ff. cum alijs. Et quid sit proprie nequitia/ et vnde dicatur vide beatum Augustinũ in libro de beata vita: post Uarronem Ouidius ait: Nequitia est/ que te non sinit esse senem.

De verbis dinoscitur pertinere et hmõi. vide not. in. c. cũ venerabilis/ de consuet. et de priuil. et c. fi. de offi. ordi. li. vi. et c. quoniã/ de imunita. eccle. li. vi. et c. dilectis/ de appel. et c. conquestus/ de for. compe. c. cũ dilecta/ de rescrip. et c. fi. de pigno. et multis alijs/ vbi interdũ est verbum narratiuũ/ interdũ dispositiuũ iuxta materiam in qua ponitur.

Et nota q̄ si aliquis impetret lr̄as iustitie: in quibus faciat mē tionem q̄ obtinet duo incompatibilia nō sufficit q̄ dicat illa se canonice obtinere: sed est necesse de stilo vt asserat se illa obtinere ex dispensatione aplica: quia illud verbū canonice est nimis pregnās: vt not. in. c. dudum. el. ij. de elec. ⁊. c. ordinarij. §. certū / de offi. ordi. li. vi. ⁊. c. cū singula / de preben. li. vi. ⁊ solet referri tantū ad potestatem conferentis nō aūt ad habilitatem recipientis: vt not. ibi per Spec. ti. de dispensa. §. videndū. ver. sed nunquid nocet: ⁊ Pau. in. c. nō potest / de preben. li. vi. Et idem fit de stilo: quando aliquis impetrat rescriptū sup aliquo quod dicit se canonice vel legitime obtinere / cui ius cōmune resistit / necesse est eum exprimere cōsuetudinem vel priuilegiū vel hmōi: vt in Religiosis qui dicunt se exemptos: vel in Rectore qui dicit legitime pertinere ad se iurisdictionem in certis clericis vel in similibus: ⁊ nisi allegetur priuilegiū vel cōsuetudo nō dabuntur littere etiā si velit vt ponatur in eis verbū legitime vel canonice. Faciūt que habentur in decisi. Bellamere decisi. lxv. ⁊. xvij. ⁊ not. in. c. licet de proba. ⁊ in. c. fi. de resti. spol. li. vi. ⁊. c. i. de prescrip. eo. li. ⁊ decisi. cxvi. eiusdem Bellamere / ⁊ per Oldra. consil. cclxi. ⁊ facit optime quod no. Inno. in. c. ij. de dila.

Itē aduerte q̄ si pars petat rescriptū in forma Querelam / vel Conquestus / vel Dilectus: ⁊ velit in eo facere mentionē de sentētia lata vel appellatione / vel aliquo actu iudiciali: nō dantur ei lr̄e in dicta forma: vide not. in. c. ex parte / de rescrip. sed bene dantur in extraiudicialibus grauaminibus in dicta forma vbi nō narratur appellatū / vel aliquis actus iudicialis. Sed si narretur appellatū dantur tunc in forma Sua nobis. Et idem fit in casibus in quibus non obstaū. sententijs potest veniri de nouo / nam tūc si petantur littere cum narratione lr̄ax vel litis preterite ⁊ iuste cause impetrādi dabūtur in forma Sua nobis ⁊ ita fit in matrimonialibus. Faciūt ad hunc stilum not. in. c. ex parte / de resti. spol. ⁊ Bal. in. l. deo nobis / de epis. ⁊ cler. ⁊ Lapus videt̄ velle q̄ valeat rescriptū in matrimonialibus absq̄ mentione litis.

Solet Cancellaria si impetrans rescriptū hoc petat cōmittere causam nullitatis laudi vel reductionis ad arbitrium boni viri disiūctiue in eodē rescripto pro quo stilo facit decisi. Rot.

Quādo aliquis fuit presens interemptioni alicuius / ⁊ petit de

claratoriā super irregularitate inuenio fuisse datū sub hac forma. Et licet dictus. L. in morte eiusdē. P. minime aspirauerit nec preceptū consiliū auxilium cooperationē vel causam predicte morti prestiterit nec al's in ea culpabilis existat. Dubitat tñ quia presbiter est se premissoꝝ occasione status ꝛ fame ac rerū suaꝝ dispendijs affici a suorūq3 ordinū executione repelli indebite posse. Super quibus per nos oportune sibi prouideri humiliter supplicauit. Quocirca fraternitati tue per aplica scripta mandamus/ qtūs si vocatis qui fuerint euocandi / ꝛ inquisita per te super premissis diligentius veritate/ rem reppereris ita esse prout superius enarratur/ auctoritate nostra nuncies predictū pbr̄m occasione premissoꝝ nullā incurrisse irregularitatē ꝛ inhabilitatis aut infamie maculā siue notam/ prout iuxta casus hmōi successum fuerit de iure faciendum. Et hec forma ita generalis est tutior si cōcordat cum narratiua: nā materia irregularitatis in casu mutilationis vel homicidij circa particularia habet multā difficultatem in recte declarando propter non satis exactam theoricā doctoꝝ in hac materia/ ꝛ difficultatem cognoscendi culpā ꝛ causam remotas vel propinquas seu consecutiuas ad actum/ ex quo contrahitur irregularitas/ maxime cū possit contrahi sine culpa. Quando vero datur interfectori narrat̄ hoc modo: q͛ cum. L. prefato. C. vim inferente: ex qua nisi illam vi repulisset/ mortis periculū ineuitabiliter incurrisset idem. C. se defendēdo ꝛ vim hmōi vi/ cū moderamine tamen inculpate tutele repellendo/ prefatū. L. vulnerauit: vnde idem L. expirauit. Et licet idem. C. minime operā dederit rei illicite: ex qua dictus. L. ad inferendū eidem. C. vim hmōi impulsus aut prouocatus fuerit: nec al's q̄ȝ vt premittitur in eiusdem L. morte culpabilis sit: tamen dubitat ꝛc. Et hec forme probantur per totum ti. de homicidio/ ꝛ de cler. percus. ꝛ in. c. quesitū de penitent. ꝛ remis. cum alijs iuribus. Et de verbo reppereris. vide decisi. Rot. in antiquis: ꝛ Bellamere. ꝛ not. in. c. dudum de presumpt. per doct.

Et pro accipiente ordinē sacrum anteq̄ȝ esset doli capax: ꝛ postea volente cōtrahere matrimoniū fuit data declaratoria per Cancellariā de consilio peritoꝝ/ ꝛ presertim dñi Alexandrini sub hac forma: Dilectus filius Augustinus ꝛc. proponi fecit corā nobis q͛ al's eius genitor dum in humanis ageret/ ꝛ certus prior desiderasꝫ eundē Augustinū ad sacros ordines pro-

qua iustitia consequi nō valuit coram Judice ecclesiastico per supra not. Inno. in dic. c. postulasti: licet Anto. de butrio in dicto. c. postulasti/ dicat Inno. nō loqui in clericis: sed dicta per eum habere locum in laico delinquente/ ꝛ habente bona in loco iniuriato/ extra territoriū tamen delinquente: sed velle consulere dominis temporalibus/ vt multi doctores in ptibus nostris Hispanie consuluerunt/ ꝙ ante iudicium factum per Judicem ecclesiasticum/ aut denegatum/ vel retardatum per eum domini temporales apprehendere valeant bona clericoꝝ delinquentium/ etiam imobilia/ ꝛ etiam si pro eis tenentur in feudum vel emphiteosim/ non videtur per supradicta posse defendi: licet glo. in. l. ad dictos/ de epi. audi. videatur innuere ꝙ possint: sed potest intelligi post condemnationem per propriū Judicem ecclestiasticum factum: ꝛ Oldra. cum intelligit super dicto modo: cum in questione sua presupponat clericū per Episcopum condemnatū. ꝛ vide eum Consil. lxxxiij. licet sit verum ꝙ predictus Oldra. in dic. q. vi. col. ver. ꝛ propter hoc sentiat ꝙ dominus temporalis posset clericum ad rerum amissionem sui territorij condemnare: de quo est vehementissime mirandum. Et ad leges ibi per eum allegatas / videtur perꝗ̄ facilis responsio: quia tempore earum ita erat de facto etiam in omnibus/ cum non haberetur respectus Clericorum/ imo nec christianoꝝ ante tempora Constantini: vt in. l. habeat. C. de sacrosanc. eccle. Sed postea secus: vt in aut. statuimus. Item contra ius canonicum/ ꝛ forte Oldra. tenebat opinionem Gallicanā/ ꝙ in actione in rem/ Clericus poterat conueniri coram laico: quam refert Petrus iacobi in titu. de duello. ꝛ videtur sequi Host. in summa. Que tamen opinio non tenetur per Canonistas cōmuniter: nec per Bertrādum de octo in. l. ij. C. de imp. lucra. de rescrip. Vide ad hoc Guillermū de valle sicca/ doctorem Cathalanum in. xxi. Cart. not. ꝛ ad totam materiam non obmittas dict. Inno. in. c. non minus/ de imuni. eccle. vbi dicit ꝙ licet persone Clericorum sint de foro Ecclesie: res tamen eorum sunt de foro Laici. Et vide Petrum iacobi in illa magna additione: que incipit: Illi Philippo: vbi illud dictum declarat. Lege preterea eundem Innocentiū in. c. nouerint/ ꝺ sententia excōmunicationis. Et vide not. per Joannem andr. c. ex parte/ de clericis coniugatis. ꝛ Innocentiū in. c. significasti/ de offi. deleg.

Cum petijssent quidã amici Rome/an filia haberet regressum contra patrem euicta dote ei per patrẽ data? Dixi ꝙ sic/ vsq3 ad cõcurrentem quantitatem legitime/cum dos ipsa computetur in legitimã·l·quoniã/de offi·test· ⁊ si datum pro legitima euincitur/datur regressus contra patrem vel eius heredem:vt·l·scimus/in principio/de inoffi·test·ergo cõsequenter in dote: ⁊ sic videtur limitandus·§·si fundus·l·menia·ff·so·mat·Et idem videretur dicendum in donatione propter nuptias facta filio eadem ratione·

Qd possit constitui procurator ad presentandũ aliquẽ ad certum beneficiũ vacaturũ per resignationem/facit·c·fin· in ratione sui de conces· preben· ⁊ glo·c· accedens·eo·ti· ⁊ al's fuit ita determinatũ in Rota· Et ꝙ possit concedi ius presentandi ad beneficiũ vacaturũ pro vna vice·Uide doc·post tex·in·c· ex insinuatione/de iur·patro·quod not·

An pater qui habet vsumfructũ bonoꝝ aduenticioꝝ possit dimittere illlum pro alimentis prestandis filio ⁊ al's/an teneatur prestare filio alimenta de alijs bonis ipsius patris:an vero possit deducere de fructibus aduẽticioꝝ/cũ esset de facto·Uisum est esse tex·ꝙ teneat̃ prestare alimenta de bonis suis in·l· fin·§· ipsum aũt·C·d bon·que liber· Secus si pater nõ haberet vsum fructũ ex illis bonis/vel essent castreñ· vel quasi/ per·l· si quis a liberis·§·sed si filius·ff·de·liber·agno·

Contigit sepe in ciuitate nostra/ꝙ post factum testamentũ per testatorem/⁊ receptum per notariũ:ipsi testatores superuiuentes/aut al's sani/solent repetere scripturã illam testamenti a notario:⁊ predicti testatores recuperata dicta scriptura testamenti nihil in ea cassant indiciunt vel mutant: deinde moriuntur· Quesitũ fuit/ an tale testamentũ censeatur reuocatum eo ipso ꝙ fuit repetitum ab ipso testatore? Maior pars notarioꝝ Ciuitatis nostre interrogata de hoc a Jurisperitis vt intellexi a patre meo tenebant ꝙ tale testamentũ esset reuocatũ dicentes ꝙ tali animo censentur testatores illud repetere/tum quia nõdum erat publicatũ/nec redactũ in formã publicã/ nec positum signũ eoꝝ: tum quia potuit ipse testator/ vel alius hoc medio tp̃e aliquid addidisse/ vel imutasse/ maxime si manu testatoris erat scriptũ/presertim in dicta ciuitate/ vbi frequentissime Tabelliones nihil sciũt de scriptis in testamento: quomodo ergo salua conscientia poterint post mortem testatoris illud publica

re/⁊ pro certo testamēto in publicā formā redigere/ ⁊ tale esse affirmare/quod ipsi olim habuerant. Videretur ego ꝙ potius notarij deberent abstinere a tali assertione/ quādo medio tempore fuit apud testatorem/cum debeant habere veram scientiā de hijs que asserunt: vt in aut. de tabellio. per totū. In contrarium potest argumentari: quia ad hoc ꝙ testamentū censeatur reuocatū/aut habet contingere verbo/aut facto: Verbo fit per aliud testamentū/insti. qui. mo. test. infir. §. ex eo. ⁊ per Bar. in l. si iure/de leg. iij. Facto vero fit per incisionem/cancellationē indictionem/deletionē/lineationē ⁊ hmōi: vt in toto ti. de hijs que in test. dele. ⁊. l. nostram. C. de testa. Cum ergo in casu predicto/nec verbo/nec facto cognoscatur aliquid inmutatū: videt constare suis iuribus. Et pro hoc videtur facere/quia olim satis aperitur ex multis iuribus / ꝙ testamentū apud testatorem stabat: ⁊ id quod faciebat in testamento in scriptis videlꝫ sub scriptiones ⁊ sigilla facit nunc notarius: ⁊ ꝙ apud testatorem staret maxime probatur in. l. ij. C. quemad. testa. aper. illa ergo eadem contraria que diximus poterant contingere olim in testamento in scriptis/ cum etiam testes qui se subscribebāt ignorabant contenta in testamento : vt patet insti. de pupil. substi. Item ad hoc adduci potest. l. fin. ff. de hijs que in testa. delen. ꝙ testator tabulas in publicū depositas abstulit/ atqꝫ deleuit ⁊c. ergo non simpliciter sufficiebat abstulisse / nisi ⁊ deleuisset. Nec obstat ratio quomodo Notarius publicabit cum aliquid potuerit addi ⁊c. quia idem timor ⁊ eadem ratio esset in testibus subscriptis in testamento in scriptis facto: nihilominus tn̄ iura permittere videntur tale testamentum posse stare apud testatorem/ vt postea testatore mortuo recognitis subscriptionibus ⁊ sigillis in publicam formā redigatur. Idem ergo faciet notarius cū nihil cognoscat inmutatū: etiā si suspicio posset esse de contrario sicut in testamento in scriptis more antiquo/maxime quia hic tractatur de interesse illius qui actus faciebat: ⁊ est verisimile ꝙ ipse in re sua fuit diligens custos. Item ꝙ aliquid ipse nō addiderit cum non ignoraret id fieri non potuisse absqꝫ periculo euersionis totius testamenti. Cum ergo facile esset sibi addere vel inmutare accersito Notario / nō videtur se exposuisse illi periculo: facit. l. iij. de testi. mili. Nec de opinione Tabellionū est curandū/ cum nō adducant aliquid iuris : ⁊ in hoc potius est inspicienda mens testantis repetentis testamen

tum q̃z mens Tabellionū tradentiū.

Ad declarationē.l.illa institutio.⁊.l.captatorias/de here.insti.
ff.quia vidi accidere de facto: aduerte ꝙ materia dict.l.vide-
tur optime declarari ex.l.si ita scripsero de condi.⁊ demons.⁊
l.theopompus.⁊ ibi no.ff.de dot.preleg.hoc modo:nam inter
dum cōmittitur dispositio in alienam voluntatē: ⁊ in tali casu
proculdubio est voluntas captatoria: ⁊ non valet nisi ad pias
causas/iuxta latissime dicta per Bar.in.l.i.de sacro.eccle.In-
terdum vero non cōmittitur dispositio in alienam voluntatem
sed reuelatur seu aperitur tertio per testatorem eius mens siue
voluntas:quia testator dicit talem scire eius voluntatē ⁊ men
tem:⁊ consequenter mandat stari dicto suo/an hoc casu repu-
tetur talis dispositio captatoria / ⁊ nihil valeat: videtur Bar.
sentire ꝙ sit captatoria/non tamen totaliter: nā si ex aliquibus
coniecturis potest apparere ꝙ illud qd̄ tertius ille dicet fuisse
mentem defuncti sit de mente defuncti/debet stari dictio illius
tertij:⁊ ita fm Bar.debet intelligi dic.l.Theopōpus.⁊.l.que
heredi.de reb.dub.Et sic tali casu non est simpliciter voluntas
captatoria:⁊ ita videtur intelligenda ⁊ limitanda dic.l.capta-
torias/ibi dum dicit in secretum aliene voluntatis:quod intel-
ligatur non de secreta voluntate per tertium declaranda / ⁊ a
testatore iam ei manifestata seu cōmissa: sed de voluntate dicti
tertij de nouo:⁊ ex se formanda ⁊ aperienda/dummodo assint
coniecture vt supradictum est.Interdum vero non cōmittitur
dispositio voluntatis alteri:nec etiam manifestatur/vel reuelatꝰ
ei dispositio defuncti v̄bo: sed est tradita in scriptꝰ manu defun
cti:⁊ tali casu nullo modo est captatoria:imo simpliciter valet:
⁊ est ratio / quia nihil in effectu cōmissum est tali/nisi depositū
scripture manu propria defuncti scripte:que etiam potuisset in
aliqua archa deponi:⁊ nulla fraus etiam cōmitti:quo casu per
comparationē littere de manu defuncti appareret: ⁊ ita loqui-
tur Bar.in.l.si ita scripsero de condit.⁊ demonstra. Si autem
scriptura esset de manu Guardiani / prout ibi loquitur Bart.
vel alterius ad cuius manum testator se retulisset: sentit Bar.
ibi talem voluntatem simpliciter non valere cū posset talis scri-
bere quod liberet.Videtꝰ tamen illud limitandū/prout dicitur
per ipsum Bar.in dic.l.Theopompus: videlicet ꝙ tali scrip-
ture stetur casu quo habeat suffragia verisimiliū coniecturarū:
quemadmodū si dicto eius tanq̃z scientis volūtatem defuncti

Testator stari voluisset: cum in eadem sit ratio/quod nota·quia vidi aliquos se pro doctis gerentes / cũ accidisset in facto nõ ita exacte intellexisse· ꝛ vide Paulũ de castro/ ꝛ Alex·in·l·sti pulationũ·§·illud/de ver·obli·ꝛ Jo·de Jmol·in·l·illa/ institu tio/de here·institu·ꝛ·c·cũ tibi de testa·ad materiam·

Institutus fuerat quidam in testamento/ deinde in eodem exheredatus/an valuerit exheredatio·Aduerte ad hanc materiã quia ſm litteram negatiuam est textus/ ꝙ non/in·l·si certarum §·si eodem·ff·de test·milit· ꝛ hoc videtur Bar· sentire/ꝛ sequi in·l·pater·ff·de here·institu·Glo· tamen not·in·l· cum in testamento·§·finali eodem titulo/de here·institu·videtur contradicere· Uerum est tamen/ ꝙ dicta glosa loquitur quando erant duo instituti: ꝛ vnus in eodem testamento exheredatus: ꝛ est aperta ratio : quia tunc testamentum remaneat validum : cum sit ibi alius heres·Secus autem quando solus esset quis institutus/ꝛ in eodem testamento exheredatus : nam tunc videretur non posse stare exheredationem : cum tali casu remaneret testamentum absq; heredis institutione/ quod fieri non potest insti·de fidei heredit·§· in primis·ꝛ·l·proxime/ de hijs que in test·del·ff·ꝛ ita videtur limitari·§·si eodẽ/per dic·glo· pro qua glo· facit textus ſm lecturam Ganfredi de Sillaniaco doctoris Gallicani in·l·i·ver·ꝛ si hereditatis·ff· de hijs que in testa· deleg·vbi ſm eum est casus/ ꝙ ademptio hereditatis facta eodem testamẽto valet: si ille a quo adimitur habeat coheredem aut substitutum:quia videtur non data per rationem tex·ibi· secus si solus esset institutus· Et Raphael videtur hoc tetigisse ibi tamen in·l·pater sequen· Angel· videtur tenere/ ꝙ etiam si solus sit institutus teneat exheredatio/ ꝛ allegat·§·i·dic·l· proxime/qui textus in veritate loquitur quando habet substitutũ ꝛ hoc sentit Jmol·ꝙ exheredatio valeat in·l·si ita·§·i·de liber· ꝛ postul· ꝛ Nicolaus de Matar in illa notabili distinc· relata per Sal·in·l·hereditas/ de hijs qui vt indig· simpliciter alleg· dictũ·§·i·l·i·ꝙ ademptio valeat in eodem testamento / quia videtur non data: ꝛ hec omnia procedunt quando in eodem testamento / ꝛ consistet differentia inter dictos doctores in hoc q: ſm illos qui tenent ꝙ etiam ademptio seu exheredatio põt fieri in eodem testamento a solo herede instituto:cui nõ est datus substitutus;quia videtur non institutus/ tale testamentum

remanebit nullũ/ ac si nemo esset in eo institutus. Scđm vero alios: qui tenent q ademptio non valeat/ remanebit institutus heres ex ipso testamento. Ubi aũt in alia volũtate q̃ testamento fit ademptio vel exheredatio: tũc distingue iuxta distinctio. Nicol. de matar in dic. l. hereditas/ recensita per Bal. Unũ tamen nõ obmittas in hac materia videlicet falsum esse qđ dicit Bar. in dic. l. pater/ de here. instit. q exheredatio facta coram septem testibus de herede instituto in alio testamẽto/ si habeat coheredem valeat/ quia nullo modo valet cum liquidissimũ sit exheredationẽ nõ posse fieri nisi in testamento dic. l. hereditas Nec potest dici testamentũ absq heredis institutione dic. §. in primis. Ex hijs fuit responsum ad dubium testamenti hospitis nostri Uiterbieñ.

Differentia quo ad restitutionẽ fructuũ inter illum qui venit in vim directe substitutionis: et illũ qui venit iure fideicõmissi consistit in hoc: quia si fructus sunt percepti medio tpe/ hoc est anteq̃ sit locus fideicommisso vel substitutioni directe: si tales fructus sint iam consumpti tali casu sicut nõ veniunt in fideicõmissaria/ iuxta. l. in fideicõmissaria: ita nec indirecta/ in. l. Centurio/ in fin. de vulg. et pug. ibi inuentis in hereditate. Si autẽ sunt percepti/ sed nõ consumpti: et tunc etiã nõ veniunt in fideicõmissaria/ sed indirecta: sic vt in dic. l. Centurio. Si vo essent fructus pendentes nondum collecti tpe quo locus est fideicõmisso/ etiã tales venirent in restitutione fideicõmissi: vt voluit glo. in. l. in fideicõmissi/ de vsur: et hec nota sic declarata p causa Dyonisij et Jacobi fratrum tuorum et Brigide sororis.

Querit. P. v. r. quid sentiã de verbo/ quilibet: super quo fuit facta tanta vis hodie in congregatione. Certũ mihi videtur q proprie et latine loquendo prout loquebãtur Iuriscõsulti: qui enumerãtur in libris digestorum: quilibet capitur pro aliquis ex pluribus: vt probat passim apud Ciceronẽ/ et alios probatos auctores. et in. l. possideri. §. i. ff. de acqui. pos. et. l. si pater. §. qui duos/ de adop. xvij. dist. multis. et. xli. delicie. et. l. si seruus. §. i. de leg. i. et. l. si pluribus/ deleg. ij. et. l. si heredi/ de condi. insti. et l. institor/ de insti. et. l. peculiũ/ de peculio: et in mille alijs legibus et decretis antiquis: et facit compositio/ q: cõponitur de quis et libet: nec ob. l. nõ distinguemus/ alleg. per Bar. in. §. cũ plures. quia illam exponebat Franciscus de Aretio/ quilibet idest aliquis/ nõ determinato certo: vel vnus idest certus: aut potest

dici q̄ ponat vel pro idest. Postea vero deficiēte illa puritate lingue latine/presertim per tpa decretaliū Sexti ac clementinarum cepit dictio quilibet capi pro quisq3. Et ita legitur in.c.fi. de hijs que fin.a ma.par.cap. Unde nostra etate dictio quilibet videt capi pro quisq3: licet (vt dixi) non ex vera et antiqua latinitate: vt si quis in testamentis vel cōtractibus aut al's vellet exponere pro aliquis/faceret directe contra volūtatem Testatoris/vel contrahentiū: Nam si diceretur/Lego cuilibet ex seruitoribus meis decem: Certū est hodie q̄ debet exponi illud cuilibet pro cuiq3/ non pro cui ex eis voluerit vel libuerit: vt exponebatur olim per not.in.l.q̄ labeo/de supel.leg.cum attendenda sit potius consuetudo loquēdi in hoc/q̄ barbara seu minus latina/q̄ vera et antiqua significatio/per not.in dic.l.q̄ labeo.et.l.nō aliter cum sua materia de legi.et.l. cū delamonis. §.asinam.et.c.preterea/de ver.sig.et.c.intelligētia. eo.ti.et.c. ex litteris/de sponsali. Et miror aliquādo de nostris doctoribus qui nō distinguentes tpa cum discutiūt proprietatem alicuius vocabuli allegant pariter iura.ff. et iura decretaliū et Sexti ac clementin.cū aliter locuti fuerint illi antiqui: et aliter posteriores: et locutiones Notarioꝝ hodie maiori ex parte sunt improprie et semibarbare si respicias ad illā tersam latinitatē antiquā Uidi etiā allegari tex. feudoꝝ ad significationē veram alicui9 vocabuli: quibus tex. nihil est fedius aut magis barbaꝝ tam in sensu q̄ etiā in contextura et verbis. In casu ergo congregationis vez in verbo quilibet/posito in statuto/ego nō dubito quin debeat capi pro quisq3: per ea que supra dixi. Et bene valeat P.v.r. Sed priusq̄ clauderem Epistolā occurrit mihi textus Suetonij in vita Octauij/vbi inquit: Solebat etiā circa spectaculoꝝ dies/ si quādo quid inusitatū dignūq3 cognitu aduectū esset: id extra ordinem quolibet loco publicare: vt Rinocerontem apud septa Tygrim in scena augueni quinquaginta cubitoꝝ pro Comitio. In hoc tex. aperte videtur significatio hui9 verbi. Et iterū optime vale Pater amplissime.

Legatus fuerat Aqueductus ex certa palude pluribus dn̄is diuersoꝝ predioꝝ/nō tamen cōmuniū: Querebatur an esset locus inter eos iuri accrescendi/ Allegabā glo.in.l.aquā.ff.que.ser.amit.q̄ sic. Et si predia essent cōia pro indiuiso/tūc haberet locū ius nō decrescendi per not.in.l.reconiūcti/de lega.iij.

Relicta fuerat quedā domus Rome a quodā Curiali certis

fratribus cū hijs verbis: Relinquo domū meā in qua habito precise sicuti est/ Monasterio ꝛc. Fuit factum dubium an intelligeretur de domo instructa vt erat/ vel nuda tantum: ꝛ ꝙ paramenta ꝛ supellex ac vtensilia ꝛ alia spectarent ad heredem? Dixi videri mihi casum ꝙ spectarent ad monasterium in. l. predia. §. pen. ff. de fun. instruc. Adducebatur contra ꝙ videretur intellexisse testator de trabibus ꝛ alijs cementis ꝛ lapidibus paratis ad absoluendum dictam domū: que nondum erat in totum prefecta nō de alia instructione: videtur amplius cogitandum: tamen magis moueor in primā partem per dic. tex. ꝛ verbum precise per quod ostenditur maior voluntas ꝛ exactio defuncti. Facit. c. ij. de rescrip. ꝛ. c. pen. de arbit. ꝛ ibi nota. ꝛ per alios in. l. cunctos populos ꝛ dominū meū Alex. in quodam consilio/ ꝛ Angel. in alio: ꝛ quia fuit legatum pio loco: q̄ð aūt parata ꝛ destinata domus perficiende/ etiā debeantur. Faciūt not. in. l. cetera. §. fin. de legit. i.

Testator fecerat quedā legata Rome certis personis que persone postea exercuerunt graues inimicitias cū testatore: propter quandam suspitionem falsi testimonij in eum: ꝛ postmodū lapsis duobus annis a tempore orte inimicitie mortuus fuit testator: dicebatur legata tacite fuisse adempta per. §. non solum l. si quis/ de adi. leg. Replicabať de glo. not. in. l. atlethe. §. dat remissionē/ de excus. tut. in ver. priusq̄3/ videlicet ꝙ tātum temporis effluxerat/ infra quod testator predicta legata potuisset expresse reuocare vel adimere: quod tamen non fecerat: ergo videbatur non obstañ. inimicitijs velle persistere in relicto facto/ maxime quia erant consanguinei: ꝛ nemo presumitur sanguinem suū odio habere/ saltem in fine obitus. Contra predictam glosam allegaui tex. in. l. pen. quē in simili casu allegabat pater meus/ de adimen. leg. vbi post ortas inimicitias testatrix habuit tantum temporis ꝙ fecit codicillos/ in quibus nil ademit: ꝛ tamen remanet prima tacita ademptio: ꝛ videtur iste textus fortiter vrgere contra predictam glosam. Sed posset forte responderi/ ꝙ in casu dic. §. pen. nō negatur peti legatū a calūniatrice ratione tacite ademptionis: sed ratione delicti: in quo tamen est cogitandū: ꝛ vide ad hoc not. in. l. cū tabulis. §. quoniam/ de hijs qui vt indig. per Bar. ꝛ. l. si inimicitie. eo. ti. Sed vbi essent consanguinei vt in casu nostro/ bene sequeretur glo. quia intentio testatoris fortasse fuit non adimere legatum con

sanguineo/quis inimico/ sperans per mortem legatarij extin-
gui inimicitiā/ et bona legata permanere apud filios vel cōsan-
guineos illius sui consanguinei: et sic apud personas de sangui
ne suo: et ita odiū tantum restringebatur ad hanc mediam per-
sonam/ nō ad alios/ ad quos postea volebat vt bona delegata
deuenirent: cū videatur respexisse totam consanguinitatem ar.
l.i.et.ij.ff.de liber.cau.et.l.raptores/ de epi.et cler.maxime cum
votum successionis in bonis cōsanguineorum sit de iure naturali
l.fin.C.quorum bonorum.et.c.sciant cuncti/ de elec.li.vi.et Cle. vni
ca/ de homi.l.cum acutissimi/ de condi.et demonst.cum annus
ff.et de pactis.l.tale pactum.§.fin.
Aduerte/ quod aut legatur vel fideicōmittitur a primo herede in-
stituto eadem res vel quātitas diuersis et sub varijs seu diuer-
sis conditionibus: et tali casu quilibet potest petere sibi caueri
ab ipso herede: vt.l.iij.vt leg.nomin.et.l.etiā.§.i. vt in pos.leg.
et hoc in euentum sue conditionis. Aut legatur vel fideicōmit
titur ab herede alicui puta Gayo pure vel sub conditione: et ab
ipso Gayo Menio sub conditione/ tali casu habet locum dispo
sitio.§.si vero.l.is cui: vt in posses.lega. videlicet quod possit pete
re Menius satisdari sibi a Gayo / etiam pendente conditione
ipsius Gay. Et si non caueat Menio Gayus: tenebitur sibi caue
re heres primo loco institutus/ si prius non cauerat Gayo. Si
autem cauerat Gayo / talis cautio ex iuris dispositione Gayo
non cauente ipsi Menio transfertur ad Menium/ ita quod Me-
nius in vim cautionis prestite Gayo per heredem poterit ad-
ueniente conditione agere contra heredem: vt in dicta.l.is cui
§.finali: vt leg.no.ca. Et hec nota bene extricata cum accidis-
sent de facto.
An possint codicilli euerti per querelā tanquam inofficiosi cū acci
disset de facto? quidā allegabant quod sic: ex no.per Bal.in.l.pa
rentibus/ de inoffi.testa.C.vbi dicit esse locū inofficiose diuisio
ni: sed intelligo de inofficiosa diuisione facta in testamento quod
rescinditur per querelā. Secus si fuerit facta in codicillis: et ra
tio/ quia tali casu filius iam est heres ab intestato vna cū alijs.
Reor tamen quod si quartam nō habet potest illā petere a cohe-
redibus ab intestato vel legatarijs.l.quotiens.et.l.si cogitatio-
ne.fa.her.C. Heredes enim etiam ab intestato habent ius fal-
candi: vt innuit dict.l.si cogitatione: et ibi not.per glo.que fal-
cidia cōputatur in quartā.l.papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.test.

Et ideo nō īmerito nō reperies aliquam·l·ni fallor:que loquatur de codicillis inofficiosis/ quod per querelā inofficiosi possint euerti: et est ratio in promptu/ quia filius et heres potest defalcare ab intestato/si legata excesserint dodrātem· Secus aūt est condito testamento:quia tunc filij omni remedio sunt destituti nisi querelā intentēt·Et satis videtur hoc innuere Azo in summa hmōi de inoffi·test·et Ganfredus de Salaniaco doc·Gallicanus in·l·nō est nouū/de bon·pos·contra tab·in·viij·cart·apertius hec dicit· Et etiā tangit quid sit hodie aucta legitima : quia triens de iure auten·cum teneatur quarta falsi die trebelleanice si filij ab intestato grauati essent legatis vel fideicōmisso nō sufficeret ad legitimā/imo deficeret vna vncia : quod remediū esset pro illa vncia vide ibi per eum·Quid aūt aduersum inofficiosam donationē causa mortis:idem videretur quod in codicillis eadem rōne:quod etiam tenet idem Ganfredus in·l·si filius emancipatus·ff·de leg·prest·Et idem in ceteris donationibus:que morte confirmantur/puta inter patrem et filiū/ vt probat tex·in·l·ij·de inoffi donat·

Quod pr̄ teneat̄ dotare filiā diuitē de proprio/allegabat̄·l·si pr̄/de dot·promis·cum ibi nota·Dicebā nō videri mihi quod probaret̄ neq3 ibi neq3 alibi:imo in dic·l·si pater/innuit̄ quod si pr̄ non simpliciter/ sed expresse dotaret filiam suam de bonis ipsius filie· Quod non tenetur dotare desuis/ibi in ver·vtranq3 igitur: et ibi paterne liberalitati:et ibi liberalitas: itaq3 quia in necessitatibus nemo liberalis etc·et est ratio euidens/cū pater nō teneatur alimentare filiā diuitem·ff·de liber·agnos·l·si quis a liberis·§·sed si filius·ad que alimēta fortiori vinculo obligatur/quia de iure nature·i·dist· Jus aūt naturale post datā aūt dotem/et ius filie in ipsa dote quesitū: si filie superuenirent alia iura/ aut relatione dotis/aut al's/nō credo quod pater posset reuocare/ quod filie semel in dotem cōstituisset/cum semper attēdatur tempus quo filia incipit dotari/in aut·de equal·dot·§·quia vero iam legem Et vide dn̄m meū dn̄m Barbatiā virum celebratissime et fecūdissime memorie/ aliquid tangentem in quodā consilio · Esset tamen difficile in practica contra cōmunem opinionē in re que tam sepissime occurrit obtinere·

Collato beneficio mihi absenti per Ordinarium/si Papa conferat illud alteri / non facta mentione de collatione Ordinarij ante ratihabitionem/non valet collatio ipsa tanq̄ surrepticia·

vide ad hoc Collec. in. c. ecclesia/ de fortil.
Solebat frequenter dicere dñs meus dñs Franciscus d' Aretio/ q doctores nostri superioris etatis multũ large & plus q̃ veritas esset extenderãt seu interpretati fuerant. l. i. C. de sacro sanc. eccle. dicens se nõ credere q mens Constantini Imperatoris conditoris illius. l. voluerit aliud disponere q̃ facere de inceps capaces ecclesias & collegia xpianorum ad suscipienda legata/ & cõcedere liberã facultatem cuilibet relinquendi eis: cũ antea nõ liceret: nã predicta legata velut facta collegio reprobato per Imperatores paganos applicabãtur fisco: nam xpiani nõ poterant habere collegia nisi clam: vt probatur apud historicos/ & in. l. diui/ de natur. liber. C. & xij. q. i. c. futurã. & xv. dist. canones. Et sepius arguebat predictos doc. q fuerint parum curiosi historiarum & temporum/ preter Spec. Jo. an. & Oldradum. Uide ad hoc de hac licentiosa extensione seu interpretatione dic. l. Abbat. in. c. relatum/ de testa.
In quadã terra Italie est statutũ super crimine peruerse Ueneris/ q rei illius criminis cõdemnẽtur pena pecuniaria & confinationis extra terras Ecclesie pro qualitate personarum & excessus arbitrio potestatis moderanda. In eadem terra fuerunt nõnulli rei inuenti d' dicto crimine per varia interualla temporis: in quorum punitione circa maioritatẽ pene pecuniarie/ & diuturnitatem confiniũ Potestas qui tunc erat seruauit hunc modum: nam adolescentulos minori pena condemnauit q̃ senes: & nõ coniugatos vel incarceratos etiã multo minori q̃ coniugatos vel nõ incarceratos. Quosdã aũt qui cum proprijs vxoribus illud scelus cõmiserant etiam minori pena condemnauit q̃ eos qui cũ maribus/ visum fuit quibusdã probis Jurisperitis fuisse rectum iudiciũ per not. in ti. de delic. puer. & l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minor. & per not. in. c. vt clericorum. §. fin. de vit. & honest. cler. cum alijs iuribus. Quod & mihi idem visum est preterq̃ in vltimo delicto: in quo certe videtur acrius ceteris puniendus/ cũ tale crimen longe detestabilius & grauius sit si cum coniuge perpetret: vt in. c. adulterij. xxxij. q. vij. & est ratio quia preter paritatem sceleris cũ alijs & maioritatem/ q: in muliere habet promptũ vas debitũ. Uir querens insana diuerticula in vxore est quidã etiaz abusus quodãmodo carnis pprie cum reputentur vna caro. c. i. de coniug. lepros. & de conuers. coniug. ad apostolicam. Item est violatio fidei tacite promisse

de coniunctione carnali inter eos fienda propter bonū prolis: que etiā promissio in benedictione nuptiali confirmatur: quod bonū per hunc nephandū coitum apertissime tollitur. Preterea est maior et specialior contemptus dei: qui instituit matrimoniū ad illum effectum multiplicandi prolem. Est etiam contemptus reipublice: que maxime fauet matrimonijs ad effectū extendendi rempublicā per sobolem. Item est ibi ludibrium et prophanatio federis matrimonij/ et irritatio vxoris ad querēda adulteria/ et omne nephas patrandū. Et ad consonantiā dicti iudicij potestatis adduxi tex. cuiusdam canonis in cōcilio Anticyeneñ. qui loquitur sub hijs verbis sub Rubrica de hijs qui cum masculis polluūtur: hij qui irrationabiliter in hijs versati sunt et ante vicesimū annū tale crimen cōmiserint / quindecim annis exactis cōmunionem mereantur: et infra. Qui aūt exacta xx. annorum etate/ vel vxorē habentes hoc peccato prolapsi sunt xxv. annis penitudinem gerentes in cōmunionem suscipiātur/ infra. Quod si qui et vxorem habentes et transcendētes quinquagesimū annū ita deliquerint/ in exitu vite dūtaxat cōmunionis gratiā consequantur. Et in similem sententiā est alius canon super incestuosis: quem refert Martinus Archieps Bracareñ. in collectaneis Conciliorum antiquorum: et subsequitur ibi alius Canon: qui appellat hmōi vitiū morbū lepre: et precipue vt penitentes de hoc vitio nō possint orare / nisi in angulis ecclesiarum vt demoniaci: et vide ibi glo. ordinariā quare dicatur morbus lepre / forte propter contagionem et difficultatem curationis. Postea legi Martinū magistri theologum Parisieñ. qui videtur tenere quod grauius peccatū sit coire contra naturam cum masculo quam femina/ cum ibi sit abusus persone et vasis/ hic autē vasis tantū. Tenet euidenter etiā idem doctor / quod maius peccatum sit seipsum polluere/ quam cum masculo coire / cū in primo sit abusus persone sue/ et modi/ et vasis. De quo dubito: nec iura videntur aperte imponere penas ita in hac pollutione sicut in alio peruerso coitu: nec tantum leditur respublica/ et ibi abusio persone sue et alterius/ hic sue tantum. Ad quod facit quod not. glo. in. c. omnes. xxxij. q. vij. et in eo saltem qui se polluendo cogitat de vase muliebri / omnino credo esse minus peccatum: cum tantum peccet in obmittendo vas re non mente. Et autent. vt non luxu contra naturā/ loquitur in coitu extra naturali vere Sodomitico. Nec obstat quod ibi dicitur semetipsos et cē

nam glosa ibi intelligit de Sodomitico vero/vt declaratur in/
fra in tex.et glo.ibi.et Ciuitates cum eorum habitatoribus pe/
reant etc. Preterea ibi allegat.l.cum vir.C.de adulter.que ex/
presse loquitur in vere Sodomitico: quamuis non defuerunt
qui dicerent dictam.l.loqui in viris/ qui de facto nubunt aliis
viris:quod execrabile scelus olim factũ fuisse legitur apud hi/
storicos et Poetas/ Josephũ ꝯ Apionem/ Suetoniũ/ Mar/
tialem/Juuenalem et alios. Et quod ait Paulus: neqꝫ mol/
les/ neqꝫ masculorum concubitores etc. apud idoneos et anti/
quos Auctores exponuntur molles / idest patici. cathamiti et
cuirati/non autem se polluentes. Ad quod faciunt que notat
Augustinus in lib. de Ciuitate dei / loquens de sacerdotibus
Cybelis.Hec respõdi cuidam docto viro: qui nitebatur velle
tueri opinionem dicti magistri Parisieñ.aut saltem parificare
etiam quo ad penam ista duo crimina:et allegabat dict.autent.
et dictum Pauli.Et cõtra eum est aperte.§. Jtem lex Julia/d
adulteriis.insti.de publi.iudi.qui declarat textum illius auten.
quamuis etiam nõ defuerint: qui velint illum textum habere
locum in frequentissime delinquente/propter verbũ/exercere.
Ad quod.c.clerici/de exces.prelat. Et qualiter debeant cohi/
beri pueri ab hiis flagitiosis libidinibus/ lege sapientissimũ do
ctorem Jasonem.

Q d crimina possint deferri Pape absqꝫ denũciatione vel ac/
cusatione:et etiam non precedente monitione/ et per solã viam
querele.Et ꝙ in delictis vndecunqꝫ pateant non teneat Pa/
pa obseruare formam iuris:sed possit ponere penam condignã
Allegabantur notata per Hostien.et Joannem an.in.c.tam lit/
teris/de testi.et per Abbatem in.c.cum super/de confes.et Jmo
lam et alios in.c.cum olim/de re.permut.et quod not.Hosti.in
c.in nostra/de sepul.et Bal.in.l.princeps/de leg. et not.in.c.si/
cut/ de iur.iur.et in.c. nouit/ de iudic. Adducta fuerunt hec in
causa processus extraiudicialis super pretensa delapidatione et
aliis criminibꝰ Episcopi Leodieñ. coram Reuerẽdissimo do/
mino meo domino Vicecancellario/et aliis tribus Cardinali/
bus Commissariis Sanctissimi domini nostri Pape in dicta
causa. Quod an indistincte in alio crimine qꝫ delapidatiõis sit
verũ: vide que posui infra in alio memoriali/ et in apostillis ad
allegationes celebris Aduocati/ et optimi viri domini Bapti/
ste de sancto Seuerino.

Sup bńficio potest transigi auctoritate delegati/ dūmodo habens ius in eo nō renunciet: alś nō posset/ nisi auctoritate Ordinarij fieret transactio in nō reseruatis/ vel coram eo vel alio in habente facultatē resignandi. Et posset imponi aliqua pensio antedicti legati/ vel census: etiam absq3 cōsensu Ordinarij. Compositio aūt gratuita potest fieri absq3 voluntate alicuius superioris delegati vel Ordinarij: nisi interueniat renunciatio iuris alterius possidentis beneficiū: quia tūc requiritur consensus Ordinarij modo quo supra: Hec colligūtur ex not. per Abbat. post alios in. c. statuimus. c. de cetero. c. sup eo/ de transac. ꝛ in. c. nisi essent/ de preben. ꝛ vide Collect. in. c. forus/ de versig. ad predicta: qui innuit/ ꝙ dare aliquid pro expeñ. causa cōcordie nō sit simoniacū / ꝛ ꝙ pensio imposita ex predicta causa transeat in ad successores/ si fuerit facta auctoritate Ordinarij concordia. Et vide Hosti. in dic. c. nisi. Et dicitur gratuita compositio quando partes promittūt acquiescere dicto peritoꝝ super lite/ vel discedere simpliciter a lite tanq̄3 ius nō habentes. Et hec nota ita declarata que passim de facto accidunt. Et ꝙ sup spolio bńficij possit transigi. vide Abb. in. c. ij. de arbit.

In causa mea Maioriceñ. an ius patronatus alicuius beneficij a laico rite fundati ꝛ cōpetens prefectis fabrice laicis dicatur laicale vel ecclesiasticū seu clericale. Et capio pro fundamento ꝙ ius patronatus nō ideo dicitur laicale/ quia quasi possideať a laicis: nam a clerico possessum diciť ius patronatus laicoꝝ: dūmodo ex prima fundatione seu successione patrimoniali siue laicali venerit ad clericū: ꝛ sic nō vidētur curare iura ad distinguendū ius patronatus clericoꝝ a iure patronatus laicoꝝ: de persona que illud possidet: sed de prima radice ꝛ fundatiōe videlicet/ an fuerit fundatum in persona laicali vt laica: ꝛ ab eo ꝛ successoribus in patrimoniali laicali tenendū: ꝛ tunc dicať esse de iure patronatus laicoꝝ: vt probatur per omnia iura loquentia de iure patro. laicoꝝ: ꝛ presertim in. c. filijs. ꝛ. c. quicūq3. c. si plures. ꝛ. c. considerandū. xvi. q. vij. vbi fit mentio de heredibus ꝛ successoribus in iur. patro. ratione patrimonij. Et idem probatur in. c. i. ꝛ. c. cum sm. ꝛ. c. cum dilectus/ de iure patro. ꝛ dic. c. cum dilectus. glo. in duobus locis hoc sentit exponendo quid sit presentare tanq̄3 laicum. Et idem not. in. c. cum nos/ de offi. ordi. per Abb. ꝛ per glo. fin. in cle. plures/ de iure patro. ꝛ per doc. in. c. vnico/ de iure patro. li. vi. ꝛ in. c. ij. de preben. ꝛ in

alijs iuribus: adeo q si quis laicus vel cleric' de bonis patrimonialibus in fundatione alicuius beneficij rite de auctte Episcopi fundati expresse vellet Epm aut Abbatem aut aliquā personam ecclesiasticā esse patronū & successores in dicta Ecclesia: nemo dubitat quin talis patronus censeatur ecclesiasticus seu secularis: cū hic nulla sit successio patrimonialis seu laicalis d succededo/ergo ad casum nostrū: cum volūtas fundatoris huius beneficij fuerit facere Magistros fabrice ecclesie/ seu operarios patronos illos qui tunc erant & pro tempore forent apparet manifeste eum nō habuisse voluntatem fundandi ius patronatus predictum vt patrimoniale seu laicale: sed potius voluisse fundare in personis illoꝝ & successorib' eoꝝ rōne officij pij quod gerebāt/ & administrationis bonoꝝ ecclesie/ nō curando al's de qualitate personaꝝ/an essent cōsanguinei sui vel descendentes clerici an laici: sed curauit administrationē & pietatem exercitū: quod est maxime pium & necessariū ecclesie: vt dicit tex. in. c. fin. de hijs que fi. a ma. par. capit. Cū ergo hic non fuerit aliqua cōsideratio patrimonialis seu laicalis successioni nō dicetur ius patro. ecclesiasticū siue clericale/ cum hmōi magistri fabrice qͣuis forte laici quo ad hanc administrationem & curam habeantur pro personis ecclesiasticis/cum possint & trahi & trahere super dictis bonis & eoꝝ administratione coram Judice ecclesiastico tanq̄ persone ecclesiastice: vt not. doct. in c. nullus/de for. compe. & Cancellaria quottidie dat lr̄as magistris fabrice & cōtra eos qͣuis laicos: dūmodo agant vel cōueniantur ratione officij predicti: nec imerito/ quia in illa cura & administratione representant personas eoꝝ: qui de iure habent curam fabrice/vel bonoꝝ illi destinatoꝝ: vt nota. in. c. decernimus/de iudi. & ibi Abb. Cura aūt & administratio predicta pertinet ad Epm Capitulū & rectorem ecclesie/ prout late not. per doc. in. c. i. & c. de hijs/de eccle. edi. & in dic. c. fi. d hijs que fi. a ma. par. cap. & in. c. si propter/de rescript. & in. c. fin. de testa. & in extrauag. suscepti. & facit optime. c. si monachus. xvi. q. i. vbi cura fabrice vocatur opus ecclesiasticū: & sic ius patro. fundatū super personis tenentibus ill cu rā ecclesiasticā debet appellari ecclesiasticū. Facit. c. vnio. x. q. iij. & e. cau. q. i. & multa alia iura. Concluditur ergo dictum ius patro. esse ecclesiasticum rōne finis: cum persona fundans illud in predictis ministris qui sunt media videtur (vt dixi) habuisse respectū funda-

mentale ad illas personas: cuius illi vices gerunt: qui finis de
bet potius q̄ medium seu qualitas laicalis medij attendi. c. ad
nostram/ de appella. l. quicquid. §. i. de. acqui. re. do. ff. cū alijs
iuribus scholasticis notissimis faciat illud q̄ isti operarij sunt
surrogati ꝛ quasi procuratores personarum ecclesiasticarum ꝛ
subiecti eis vt dictum est quo ad hanc administrationē rei ec-
clesiastice: ergo est ius patronatus clericoꝝ ratione huius sub-
iectionis per not. in dicto. c. cum dilectus / nam nomine eccle-
sie censetur hoc facere. Et facit ad hanc opinionem quam pro
culdubio puto verissimā decisi. Rot. in antiquis ti. de iure pa-
tronatus: que loquens de beguinis inter alias rationes dicit
ius patro. eaꝝ esse ecclesiasticū cū possit conueniri coram Iu-
dice ecclesiastico / prout diximus conueniri operarios ratione
huius officij ad quod direxit fundamentū ꝛ finem testator seu
fundator beneficij.

Cum verteretur in dubiū/ an in ciuitate Romanā. duraret vni-
uersitas siue studiū generale prout olim: de quo in ti. de studi.
liber. vrb. Ro. ꝛ in prohe. ff. §. discipuli. Eugenius. iiij. cōcessit
ciuitati Romanā. nouū priuilegium studij generalis/ quod vidi.
Curie aūt Romanā. iam olim Bonifacius. viij. priuilegiū con-
cesserat in corpore postea iuris clausum per constitutionē. c. cū
de diuersis/ d̄ priuil. li. vi. Cum quidam a dn̄o nostro petijsset
voce/ secum dispensari in diuersis votis ꝛ alijs cōcernentibus
tantum conscientiam/ ꝛ Papa viue vocis oraculo respondis-
set: Placet nobis: Dixit sufficienter secum fuisse dispensatum
etiā quo ad omnia capita: ꝛ inter cetera allegabā/ que possunt
notari ꝛ notantur in. c. Q sius/ d̄ post. prelat. ꝛ. c. inter dilectos
de fide instrumentoꝝ.

Quantū ad id quod R. v. expostulat/ an sciens aliquem cōmi-
sisse furtum/ vel habere rem furto sublatam/ incidat indistincte
in excōmunicationem / contra scientes ꝛ non reuelantes pro-
mulgatam/ si nō reuelet vel manifestet? Breuiter credo q̄ nō
in casu vestro/ tum quia vt dicitis esset periculum ꝛ scandalum
reuelanti/ tum etiam q̄ non posset probare si opus esset/ cū iste
vester solus viderit illum furantem/ ꝛ ille intellexerit se visum
ab eo. Et si furtum etiam secrete detegeretur / ꝛ fieret etiā ipsi
furi per superiorem monitio secreta/ de restituendo/ semper ori
retur suspicio contra hunc reuelantem de reuelatione/ ꝛ negan
te fure/ ꝛ insurgente contra reuelantem semper infamia sibi in-

cussa/forte oporteret reuelantem publice referre crimen/quod non posset probare:nam vt colligo ex doctoribus in varijs locis videlicet in.c.si quis cum fure/de fur. et in.l.ciuile.ff. eo.ti. et de simo.c.nemo.et.c.ij.de offi.ordi.et ex alijs locis. et Scoto in quarto non tenetur quis reuelare/etiam secrete/vbi timet scandalum aut periculum sibi: vel secundum aliquos/etiam alijs : vel vbi non posset probare/et reuelatio esset fienda publice:vt in.c.placuit.vi.q.ij.et.c. si peccauerit.ij.q.i. et in Clementinis.de hereti. Et secundum aliquos/ etiam si secrete et priuate: quamuis alius sciret: cum tali casu periculi vel scandali/ vel quia non posset probare/immineret sibi periculum corporis proprij/ aut bonorum suorum : que videntur preferenda periculo vel damno bonorum alterius/ cum sit maius periculum corporis quam bonorum / et in pari dispendio bonorum caritas incipiat a seipso:vt potius conseruem mea quam aliena/maxime ex quo reuelatio criminis non est de veritate vite/presertim in hoc casu furti:iuxta not.in.c. sane de tempo.ordina.per doctores iuncta glo. in.l.iiij.§. sit tibi.ff. de con.ob.tur.cau.cum.l.i.in fin.et.l.ij.in fine.eodem ti.arg.l. in seruorum.ff.de penis.et in autent.de manda.princip.§.oportet et.ij.q.vij.plerunque.et.xiij.distin.nerui.et.l. si preses.C.de ser.et aqua.et ar.not.in.c.ij.de nouis ope.nuncia.et.c.qui scandalizauit/de regul.iur.cum tota materia de scandalo.Et faciunt optime ad hoc notata per Abbaten siculum in.c.officij/de peniten. et remissio. Et videmus quod Cancellaria in excommunicationibus generalibus in forma Significauit/ pro furtis/ vel occulte detentis caute ponit / iniquitatis filios detentores / et temere ac maliciose occultantes/vel nequiter detinentes. Non ergo intendit ligare eos:qui non inique vel temere non reuelant: sed ex iustis causis puta superius expressis abstinent a reuelando: maxime cum excommunicatio non extendatur in personas vltra tacitam vel presumptam voluntatem excommunicatoris: vt notant doctores in.c.ex parte.el.primo/de offi.deleg. et faciunt no. in.c.p.et.g.de offi.deleg.et.c.i.de iudi.et.l.si cui/de seruit. Sed excommunicator hic censetur huiusmodi personas tacite eximere:et si non faceret sententia esset iniqua: que in foro conscientie non esset timenda.ij.q.iij.§. ex his . Et idem crederem vbi ex alia iusta causa in ratione naturali fundata non tenetur reuelare vtpote filius patrem furem/vel econtra. Et forte idem posset dici in omni casu vbi quis non posset cogi ad testificandum expresse/quia

multo minus ad iudicandũ vel reuelandum: ⁊ satisfacerent ad hoc not. per Archidia. xxij. q. ij. §. item ⁊ not. per doc. in. c. i. de testi. cog. ⁊ per Abb. siculũ/ in. c. cum super/ de confessis. ⁊ alios in. c. de maior. ⁊ obed. ⁊ in. c. quisquis. ij. q. iij. ⁊. c. qui resistit. ⁊ faciunt not. in. c. qualiter ⁊ quando in vtroqꝫ/ de accusa. ⁊ per optime tex. vi. q. i. si omnia. ⁊. c. oues. ⁊. c. cum ex merito. ⁊ not. per Inno. c. i. de serut. in ordi. faci. Non tñ propterea negarem quin posset habere locũ materia denũciationis euãgelice fiende per hunc sciente̅ illũ furem/ seruatis loco ⁊ tp̃e ⁊ debita forma. ad hoc dic. c. plerũqꝫ. ⁊. xxiiij. q. ij. tam sacerdos.

¶ Notabilia de Expectatiuis/ ⁊ alijs litteras gratie cõcernentibus/ excerpta ex notulis Antonij de Corthesijs/ ⁊ aliorum Abbreuiatorum.

¶ Principium gratiarum expectatiuarum est scire/ an partes impetrantes sint presentes in Curia/ an nõ. Si sint presentes debe̅t examinari/ nisi forte graduati/ vel officiales Pape fuerint: vel gratia fiat motu proprio/ vel pro cõmenda/ vel pe̅sione. Et pro pñtibus examinatis graduatis officialibus/ ⁊ habentibus motu proprio dantur due lr̃e: vna gratiosa/ ⁊ alia executoria. Absentibus vero datur vna littera in forma dignũ.

Item presentes in Curia impetrañ. habent in lr̃is apostolicis Vite ac morũ honestas ⁊c. vel Lr̃arum scientia: aut Nobilitas generis: seu Religionis zelus ⁊c. ſm qualitate̅ eorum. Abñtibus vero datur indifferenter in forma dignũ ⁊c. Nisi esset doctor vel officialis: aut Motu ꝓprio: quia licet sint absentes da̅tur due littere tanq̃ presentibus/ q2 nõ examinantur. Et similiter nõ examinatur quando beneficia non dantur in titulũ: vt in cõmendis ⁊ pensionibus.

Nota ꝙ licet quis tempore date nõ fuerit presens: si tñ est presens tp̃e expeditionis debet dari lr̃a tanq̃ pro pñte. Ite̅ si tp̃e date vel expeditionis fuerit absens/ dũmodo aliquo tp̃e fuerit presens ⁊ examinatus datur tanq̃ pro presente.

Item nota ꝙ in expectatiuis in clausula/ aut si hodie pro alio/ vl' alijs ⁊c. debet exprimi collatio eius ad quã datur beneficiũ nisi haberetur in genere ad cuiuscũqꝫ collationem: quia tũc diceretur in fine illius clausule de similibus beneficijs predicte dioc' tacito de collatione: vt li. B. fo. xxij.

Item nota ꝙ quando dicitur ratione dignitatũ personatuũ administrationum vel officiorum debet sequi quos quas seu que in

illis obtinent. Secus si dicitur administrationũ & officiorum: quia tunc sufficit dicere que in illis obtinet.

Item nota/ nõ debet dici electionem/ nisi quando ponitur/ etiã si consueuerit quis per electionem assumi. Electionem.

Itẽ quod quando creatur canonicus in ecclesijs collegiatis inhiberi debet Epõ & aliarum ecclesiarum Capitulis. Secus si non creatur Canonicus in dictis collegiatis: quia tunc solum inhibetur Capitulis. Inhibitio.

Item nota/ quod quando in gratia expectatiua nõ datur aliquod beneficium in Cathedrali vel Collegiata/ tunc in non obstan. non fit mentio de statutis. Statutis.

Item nota/ quod quando creatur Canonicus/ & reseruatur dignitas personatus administratio vel officiũ curatũ/ & datur aliud curatum/ in fine ponitur clausula restrictiua: Volumus autem quod quamprimũ vigore presentium dignitatem &c. alr nõ/ vel nisi dispensetur ad compatibilia. Claula: volum. aũt &c. vide fo. ij. viij. li. b. & fo. cxxiij. co. & fo. x. b.

Item nota/ quod si secularis petit ad collationẽ Epi & Capli alicuius ordinis/ dicitur sic/ beneficiũ ecclesiasticũ clericis secularibus assignari solitũ. Et nõ ponitur clausula/ dũmodo Canonicatus & preben. Ecclesie cathedralis existat. Secularis ad regulare.

Item nota/ quod in Executorijs expectatiuarum Corrector Anselmus cassauit/ consuetum clericis secularibus assignari/ etiam si Canonicatus &c. in collegiata: vel eisdem cura imineat animarum. Hodie tamen est ad placitum. In executoriis.

Item cassauit/ per se/ vel procuratorem suũ ad id legitime constitutum infra vnius Mensis spacium/ postquam sibi &c. vsque ad conferenda. fo. xcvj. li. b.

Item nota/ quod si in supplicatione gratie expectatiue dicat: Supplicat Joãnes antonij Perusin. & non dicitur Clericus/ quod in minuta potest addi Clericus: quia Papa intendit prouidere Clericis: secus si esset secularis. Clericus.

Item si Clericus Francigena impetrat gratiam expectatiuam ad duas collationes: quarum vna sit in Francia/ & alia in Alamania/ in valore debet dici/ librarum Tur. paruorum: que est moneta Francie/ & nõ marcharum: que est moneta Alamanie. Librarum Tur. par.

Item si in gratia expectatiua datur ad minorem valorem quam dicat regula/ littere non sunt scribende si pars contentatur de minori valore: & hoc intellige/ vsque ad tertiam partem valoris expressi iuxta regulam Cancellarie aplice.

Item nota quod in minuta semper potest addi/ et gratia aggrauari non autem impinguari vltra tenorem supplicationis. Facit tex. in. l. veteribus. ff. de pac.

Item quando datur gratia expectatiua pro graduato ad vnum beneficium/ datur ad vnum cuiuscunque taxe. Sed si gratia expectatiua datur ad duo/ ponitur taxa secundum regulas limitatas.

Perpetua administratio.

Item nota quod nunquam datur perpetua administratio/ nisi quando est petitum in supplicatione: et quando petitur datur indifferenter/ siue creetur Canonicus siue non. Consuetudo tamen est ponere quando creatur Canonicus/ aliis non.

Item nota quod quando datur gratia expectatiua ad vnum vel duo tunc ponitur collatio retro videlicet/ Ad venerabilis fratris nostri Episcopi/ et dilectorum filiorum Capituli Amaen/ et Abbatis ac Conuentus monasterii etc. collationem etc. Sed quando creatur Canonicus dat ad illud beneficium/ tunc primo dicitur/ Ad collationem etc. venerabilis fratris nostri etc.

Non obstan. etc.

Item nota quod quando est in forma vnum vel duo ponitur/ non obstan. constitutionibus et ordinationibus apostolicis: quia expectatiua non debet dari nisi ad vnum beneficium.

Item nota quod quando quis creatur Canonicus / vel habet ad vnum vel duo/ tunc dicitur: non obstan. constitutionibus et ordinationibus apostolicis. Secus si datur ad vnum beneficium duntaxat quia tunc dicitur/ non obstan. quibuscunque statutis et consuetudinibus etc. cum consuetudines constitutiones et ordinationes apostolice tunc non obstant: nisi habeat alia beneficia.

Portiones.

Item nota quod ad portiones datur gratia / quando in supplicatione petitum fuit.

Patrimonialia.

Item nota quod nunquam datur ad prestimonia patrimonialia: quia sunt de iure patronatus laicorum.

Inhibitio.

Item nota quod quando creatur Canonicus/ et reseruatur prebenda. tunc inhibetur solum Episcopo et Capitulo: et non dicitur Decano Capitulo/ Canonicis et personis: quia solum ad Episcopum et Capitulum pertinet collatio prebende.

Inducens etc.

Item nota quod quando quis creatur Canonicus cum reseruatione prebende. ac dignitatis etc. tunc ibi inducens dicitur/ corporalem possessionem prebende. ac dignitatis etc. et non additur Canonicatus: et dicitur inducens etc. corporalem possessionem Canonicatus et prebende etc.

Littere speciales generales etc.

Item nota quod quando prouidetur de Canonicatu/ et creatur ca-

nonicus cum reseruatione prebẽn. et dignitatis: et datur gratia ad aliud beneficiũ/tunc dicitur: Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et prebẽn. ipsius ecclesie ac hmõi speciales: vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales. In forma vero vnũ vel duo dicitur speciales vel generales. Quando vero creatur Canonicus in vna vel pluribus Ecclesijs/tunc dicitur: de Canonicatibus et prebẽn. ac dignitatibus personatibus administrationibus vel officijs earundem Ecclesiarum/ vel ipsius ecclesie speciales: vel alijs beneficijs etc. generales. Ratio est/quia ponitur in fauorem impetrantis: quia illa clausula/Et hmõi speciales/refertur et ponitur respectu illorum habentium similem gratiam. Quando ponitur speciales vel generales/ponitur respectu aliorum habentium gratiam in forma vnum vel duo.

Item nota quod quãdo datur ad collationem duarũ Collegiatarum in forma vnũ vel duo/ ibi districtius inhibẽn. non dicitur Vñabili fratri nr̃o: quia datur tertia collatio: et hoc quando dicitur vnũ vel duo. Secus si creatur Canonicus ad alteram. — Inhibitio.

Item quod clausula/per priorem solitꝰ gubernari/ non debet poni quando dicitur ad collationem dilectorum filiorum Prioris et cõuẽtus Monasterij etc. quia fortassis vltra priorem est Abbas. Sed bene ponitur in Judicibus: quia est necesse quod Prior sit monasterij in dignitate constitutus. — Per Priorẽ gubernari solitꝰ.

Nota quod nunquam debet derogari statutis de optando in gratijs expectatiuis: etiam si habet signaturam in supplicatione: Sed debet dici: Non obstañ. statutis et consuetudinibus in quibus derogatur dictis statutis/vel datur indultum. — Derogatio statutorum de optãdo.

Impetrans beneficiū/⁊ narrans illud vacare per consecrationem vel assecutionē alterius beneficij/si re vera non vacat: sed speratur vacare premisso modo ante confectionē litteraꝝ/poterunt confici littere tanq̄ de vacaturo. Idem seruatur in econuerso vz/si narrat vacaturū ⁊ re vera vacat: quia anteq̄ littere conficiantur poterit habere tanq̄ de vacañ. Jo. xxij. in regula. ij. ⁊ Nicolaus. v. ⁊. xxxviij. Impetrās p munus consecrationū vel assecutionem alterius.

Beneficia promoti ad ecclesiam cathedralem nō possunt conferri per Papā vt vacañ. anteq̄ promotus possessionē ecclesie pacifice adipiscat̄. not. glo. in cle. i. vt lit. pend. quod intelligitur de potestate ordinaria. Sed de absoluta potest / cum in beneficialibus liberam habeat potestatem: vt patet in tex. dic. cle. in fine.

Bñficia nō vacant per sponsalia: sed per matrimoniū per verba de presenti contractū/licet nō consumatū/q̄q̄ de hoc secundo fuerit dubiū: not. Ro. xc. xxvij. al's. xij.

¶ Nota plura notabilia tam circa beneficia reseruata q̄ nō reseruata.

¶ Quādo examen non cōmittitur in prouisionibus beneficioꝝ dicitur effectus hmōi grē. Similiter dicit̄ in omnibus gratijs:

q̄n dr̄ in principio gr̄am facere spālem: tūc dicit̄ effectus hmōi grē. Secus fit in pmutationibus vbi tantū dr̄ effectus eaꝝ ⁊c. qm̄ nulla videt̄ fieri differentia vbi vnū pro reliquo datur.
Q̄n ꝓuidet̄ pn̄ti tam de bn̄ficio reseruato q̄ʒ nō reseruato/semper post verba vos vel duo ⁊c. ponitur imediate post vos vel aliū seu alios ⁊c. vt reperit̄ in minutis antiquis. Q̄n vero absenti mandat̄ ꝓuideri ponit̄/inducens per te vel aliū seu alios.
Quando in lr̄is apponit̄ clausula/vocatis ⁊c. non possunt dari Judices extra ciuitatem vel dioc̄ absq̄ʒ derogatione constitutionū. Bonifa. nisi in casibus in eadē cōstitutione expressis.

Cl̄a decreti. In mādato de prouidendo habenti in forma dignū ⁊c. si beneficiū nō sit reseruatū ponitur in fine clausula decreti: Si dictus N. repertus fuerit idoneus ⁊c. vel ignoranter cōtigerit attentari: ac si de dat̄ presentiū ⁊c. Jn reseruatis vero nō ponitur/si dictus ⁊c. sed datur magnum decretū.
Jtem q̄n beneficiū vacat per cessum vel decessum aut al̄s possessione nō habita: debet exprimi modus vacationis per quem sic cedens vel decedens obtinuit. Jntellige quādo est dūtaxat concessum vel mandatū prouideri.
Cōmissio hospitalis: dispensationes mr̄imoniales: ⁊ sup defectu nataliū pro scolari in forma/ex pte ⁊c. dn̄t fieri ordinario.

Unio. Quando fit vnio de parrochiali ecclesia alicui monasterio vel alteri regulari loco debet poni clausula/reseruata congrua portione pro Uicario ⁊c. vbi melius poterit aptari.
Jn lr̄is facultatū nō ponitur clausula/Nulli ergo ⁊c.

Q̄n scribitur non habēti dignitatē. Quando scribitur alicui Judici/ nisi sit in dignitate vel ꝑsonatu constitutus/dicit̄ sic/ discretioni tue: licet forsan tu fili prior nō sis in dignitate preditus/aut personatū obtineas/ac ciuitat̄ vel dioc̄ aliquis prelatus S. R. E. fidelis non reperiatur ad presens per Apostolica scripta mandamus ⁊c.
Jn nouis prouisionibus beneficioꝝ vigore gratiaꝝ expectatiuarum predecessoris acceptatoꝝ/bonum est dicere hoc modo vez: vigore gratie expectatiue sibi per fe. re. N. predecessorem nostrum concesse prout ⁊c. acceptauit: ⁊ de illo eodem predecessore adhuc in humanis agente prouideri obtinuit. Cū aūt eadem petitio subiungebat.
Et si detur noua prouisio sup beneficio acceptato vigore grē pape tūc viuentis: aduerte in fine lr̄aꝝ cassare ⁊c. vez quando ad beneficiū super quo datur noua prouisio.

In noua prouisione de beneficio collato per Legatum Sede vacañ. Venerabilis frater noster. N. Episcopus Ostieñ. tunc in illis partibus Apostolice Sedis Legatus/ habens ad hoc vt dicebat specialem ab eadem Sede per ipsius litteras facultatem: illius vigore beneficiũ predictum vt premittitur vacãs eidem. N. contulit rc.

In duobus casibus tanq̃ iuri cõtrarijs/etiã si signatura sit pũn guis/nõ debes extendere vltra q̃ in corpe supplicationis continеatur vez in dispensationibus r expectatiuis: in quibus nõ datur cl'a/ad curat; r elect; : nisi in supplicatioñ. ptineantur. Dispeñ. r Expec. astricti iuris.

In narrationibus semper debes sequi ordinem rerum: ita vt prius referas que prius acta fuerunt.

Quãdo intitulas aliquẽ beneficiatũ / preponas clerico vel beneficiato/ r deinde imediate ppetuo beneficiato in eccl'ia rc.

Item super prouisionibus factis per Papam: vel vigore litterarum eiusdem de certo beneficio / nunq̃ datur noua puisio: sed perinde valere. Perinde valere.

In beneficijs de iurepatronatus laicoꝝ / si patroni presentant aliquem Pape/debes dicere: Nobis infra tempus legitimũ presentarũt/ prout in quodã publico instrumẽto siue l'ris autenticis rc. plenius continet. Nõ aũt qñ datur noua prouisio per Papam de bñficio ad quod quis pñtatus fuit Ordinario. Presentatio facta Pape a patronis in ptibus.

Item in litteris prouisionũ ecclesiaꝝ Cathedraliũ r monasterioꝝ/quãdo promotus est cõstitutus in minoribus/ r absq; aliqua dignitate: tunc debet exprimi eius cognomen/ verbi grã: Dilecto filio Joanni dominici electo rc.

Item Comites r Principes non ponũtur alicuius dioceſ in litteris gratiosis.

Si quis tenet beneficiũ sine titulo/ r percipit fructus: si petat de eo prouisionẽ a Papa/ debet ponere clausulam abolitioñ. etiã si nõ petatur in supplicatioñ. ex qua si cõstiterit illũ nõ percepisse fructus/tunc nõ indiget. Et similiter quãdo defectũ natalium tacuisset in impetratione beneficij. Abolitio.

Nota q̃ in ecclesia cathedrali nullus põt esse Canonicus/nisi perfecerit. xiiij. Annũ. Et ita tenet Abb. in. c. super inordinata/ de prebeñ. licet glo. in. c. ex eo/ de elec. li. vi. teneat contrarium. Et postq̃ puenerit ad. xiiij. Annũ/si nõ fecerit se promoueri ad sacros ordines infra semestre/est priuatus omni iure Canonicatus r prebeñ. in extrauag. Nicolai. v. quia Romañ.

Dispensatio.

Indultum.

In hijs que sunt contra dispositionē iuris cōmunis datur dispensatio: in alijs vero nō: talibus vtputa contra statuta fundatiōis. vel regulas datur indultum. &c.

Nota q̄ si mandatur inhiberi Ep̄o dicitur auctoritate nostra. Si inferioribus/per censuram ecclesiasticā &c.

Quando ex narratiua constat beneficiū detineri & vacare si sit reseruatū dicitur/ cum aūt ḟm premissā predictū adhuc vt prefertur vacare noscatur. Si vero nō sit reseruatum dicitur/cum aūt ḟm premissa collatio & prouisio predict viribus non subsistant: & sicut accepimus beneficium adhuc vt premittitur vacare noscatur.

Non derogat̄ constitutioni Bonifaciane in litteris gratie nisi hoc in supplicatione petat̄/vel nisi Papa in signatura det Iudicem in litteris iustitie sic.

Surrogatio si neutri.

Noua prouisio.

In surrogationibus si neutri & nouis prouisionibus nō oportet narrare in supplicatione modū vacationis: sed potest in minuta supplicari/nisi beneficiū esset reseruatū: tunc enim non venit reseruatio/nisi in supplicatione exprimatur.

Quando Papa mandat prouideri de beneficio reuocabili ad nutum ordinarij collatoris/quia deuolutū: nō desinit ꝓpterea quin ille cui confert̄ possit ad nutū ipsius collatoris amoueri: vt in extrauag. Nicolai. v. cū de beneficio. & not. Io. an. in. c. dilecto/de preben. & in. c. presenti/de offi. ordi. li. vi. in nouella.

Resignatio ī manibus p̄tronoꝝ.

Si obtinens beneficiū d̄ iurepatronatus laicoꝝ/ illud resignat in manibus patronoꝝ/ & ipsi resignationem admittāt: admissio est de facto/ & quicquid inde sequitur/ impetrando quis super hoc nouam prouisionem debet omnia annullare: & datur sibi prouisio cum hmōi annullatione: nec tenet resignatio: vt in. c. quod in dubijs/de renun. Dicit tñ glo. eo. c. q̄ tenet quo ad resignātem/ita q̄ nō pōt repetere ecclesiā: sed nō quo ad ecclesiā vel superiorem quin possint repetere sic resignantem.

Nota vnio ad tempus.

Obtinens beneficiū aliquod: cui ad eius vitam duntaxat/vel q̄diu obtinuerit est aliud beneficiū vnitum/ est verus titularis vtriusq3/constante vnione sunt vnum corpus: & ideo per eius obitum dissoluta vnione vacat. Sed in vnito dices q̄ per. N. obitum dissoluta vnione vacat &c. Et si obtinens resignet beneficium: cui est vnitum vacat per dissolutionem vnionis fact per eandem resignationem &c.

Impetrando dispensationem quamcūq3 si obtines aliquod be

neficium/maxime si ei cura imineat animarum/ teneris exprimere qualitates eius vez/si curatu et electiu:vt.in.c.cu illis/de prebeñ.li.vi.et cle.i.eo.ti.nisi si narraueris priorem dispensatione/ et in illa fuerint expresse qualitates etc.

In noua prouisione beneficij collati per Electu non confirmatum inficies collationem/quia de facto facta:vt.c.nosti/de elec. Si vero sit confirmatus dabis : Cum aut dubitet etc. Ex quo potuit conferre:vt in.c.transmissa.eo.ti.

Si super quouis beneficio litigioso sententia contra vnum ex collitigantibus feratur/et ab illa appellet/ et causa appellationi non comissa cedere velit/cedat iuri et liti: quia cause no potest renunciare/cum no sit aliqua causa comissa. Nota:renuncians iuri et liti: non cause.

Nota q per quamcuq3 litispendentiam in Ro.Cu. in qua no fuit dictu de iure actoris post annu / no censetur beneficiu iure affectu/quin per eius collatorem libere de illo prouideri possit. vide in extrauag. Martini.v. statuimus. Caue/ quia istud est cotra ius comune.c.i.et.ij.vt lit.pend.li.vi.et cle.i.§.si vero.eo.ti.Et contrariu obseruatur in practica. vide decisi. Rote in ti. vt lit.pend.in antiquis:que est.iiij.in ordine et nuero.ccccxxiij. que incipit: Nunq3 reo. Posset tamen habere locu in casu regule de annali possessore.

Item qn mandat prouideri absenti de beneficio curato reseruato/non ponitur in fine littere:Et insuper si dictus Joannes ad hoc etc.sed solum: Et insuper exnunc prout est etc.

Nota q in beneficijs cum cura semper ponitur/vel per constitutionem Execrabilis.

Canonicatus no dicitur esse sine prebeñ.quia al's esset nomen inane/contra.c.relatum.et.c.dilectus.el.primo/de prebeñ.

Nota q in spiritualibus queritur dominium sine traditione : Jmol.in.c.inter cetera/de prebeñ.Et habetur in.c.si postq3/de prebeñ.li.vi.

Nota q beneficia secularia curata/ vnita regularibus/ debent regi per seculares/instituendo per ordinariu sicut prius consueuerunt:in extrauag.cum nonnullis/Bonifacij.viij.

Canonicatus et prebeñ. ac dignitates semper dicutur ecclesie nisi dignitas sit cognominata: et tunc dicitur in ecclesia : verbi gratia:Archidiaconus de certo in ecclesia Rodoneñ.etc.

Clausula/Fraternitati tue:de qua in hijs et alijs specialem fiduciam obtinemus: ponitur/qn mandat recipi informationem Cla mandati sup informationibus

de hijs que cōmittuntur: et in casibus sequentibus.
In dispensationibus matrimonialibus.
In tabellionatus officio.
In cōmutatione voti.
In absolutionibus incendiariorum.
In alienationibus votorum ecclesiasticorumque locorum.
In concessionibus reseruationū et conditionū monasteriorum et aliorum ecclesiasticorum locorum.
Quando cōmittitur quod dentur alimenta patrono ecclesie redacto ad paupertatem.
Quando mandatur de incertis male ablatis assignari vsque ad certam summam.
Quando mandatur recipi informatio de aliqua re ardua et postea referri.
Quādo cōmittitur erectio parrochialis ecclesie in collegiatā: et statutorum per patronū laicum in eadem editorum.
Quādo mandatur absolui Minister inutilis a regimine et administratione quam habet.
Sed aduerte quod moderni Abbreuiatores premissa clausula nō vtuntur nisi in dispensationibus matrimonialibus/ et interdum quando Iudex datur in signatura.
In licentia pro ecclesia ad recuperandū rem alterius Ecclesie male a laico detentam/ appone hanc clausulam/ priori ecclesie N. prestita cautione: vt si ad pinguiorē fortunā deuenerit/ rem ei restituat/ prius sibi de precio satisfacto.
Prouiso quod ad prophanos vsus etc. — In translatione monasteriorum et ecclesiarum de loco ad locum/ ne primū monasteriū destruatur/ pone clausulam: Prouiso quod ad prophanos vsus nō redigatur.
Auditores Rote: Clerici camere: et Accoliti Pape sunt Capellani.
Nullus illegitimus intitulatur nobilis: nec dicitur pro eo Nobilitas generis: nec/ qui vt asseris de nobili genere procreatus existis: sed bene dicitur/ qui vt asseris defectum natalium pa- (Illegitimus religiosus.) teris ex nobili coniugato et moniali etc. genitus. Nec etiam aliquis religiosus dicitur nobilis: nec pro eo/ Nobilitas generis sed in prosecutione bene dicitur: qui vt asseris de nobili genere etc. procreatus existis.
Nota cōstitutio decretata. — Nota quod quādo aliqua constitutio continet decretū/ indiget derogatione: et ad hoc vt ei derogetur / est opus signatura speciali.

Si vero nō contineat decretum/tunc sufficit dicere simpliciter non obstañ·tali constitutione qua cauetur rc.

In beneficijs de iurepatronatus laicoꝝ: quoꝝ collatio est devoluta ad Sedem apostolicā/ponitur clausula: dūmodo eius collatio deuoluta sit rc. Et tpe dat̄ presentiū rc. In alijs vero deuolutis nō ponitur clausula: dūmodo eius collatio: sed duntaxat dūmodo tempore dat̄ presentiū.

Si in prouisione alicuius beneficij ille cui de illo ꝓuidet̄ aliud obtineat: quod dimissurus sit/semper debet intitulari de beneficio dimittendo: nisi de illo sibi gratiose prouideretur/ ꝛ tunc de illo intitulandus est.

Qñ impetrans possedit ꝛ ꝑcepit fructus de facto indiget habilitatione/si illud de facto est contra ius scriptū/al's non: vtputa cōtra regul. Cancel. vel cōtra aliquā reseruationē nō clausam in corpe iuris/ ꝛ similia: que iuste potuit impetrans ignorare. — Nota super habilitatione.

Quedā sunt qualitates: que q̄uis in supplicatione nō ponant̄ possunt tamen in minuta suppleri: vt si quis sit doctor/licentiatus/familiaris alicuius prelati vel principis/ ꝛ similia: que potius mouerent Papā ad concedendū gratiā rc. Quam supplectionem intellige veram / quando principalis est presens / quia al's cum difficultate suppleretur propter malitiam sollicitatoꝝ rc. imo debet attendi ad sollicitatores. — Suppletio qualitatum.

Conseruatorie debent cōmitti Epis vel superioribus prelatis aut Abbatibus vel personis in dignitatibus constitutis/nō aūt Canonicis: vt in. c. fi. de offi. deleg. li. vi.

Nota q̄ quando aliquid cōmittitur de iure/ nō datur exordiū in litteris: nisi daretur humilibus rc. vel honestis supplicū votis rc. Sed in cōcernentibus gratiam semper ponitur exordiū nisi in matrimonialibus: in quibus nullū ponitur. — Exordium.

In beneficio dicitur intrusus: qui illud tenet sine auctoritate illius ad quē de iure spectat collatio: vt in. c. iij. de conces. prebeñ. ꝛ in. c. ex frequentibus/de institu. — Intrusus.

Quando quis tenetur dimittere beneficium / non est necesse vt ponatur/in non obstañ. sed sufficit q̄ ponatur clausula/ Volumus autem rc. — Volumus aūt.

Clausula / Contradictores: ponitur in omnibus litteris ante non obstañ. exceptis execut̄ litteraꝝ gratiosaꝝ: quia in illis ponitur in fine/videlicet ante dat̄. — Contradictores.

Nota q̄ quādo conceditur aliquid alicui prelato sicut Abbati

⁊ successoribus suis/ vel pro tempore existẽti/ semꝑ debet fieri mandatum: Sed quando conceditur moderno Abbati tantũ/

Facultas. tunc debet fieri facultas: vt quando conceditur ꝙ dispenset cũ monachis in.xxij.annis ⁊c. Sed quando ista concessio concer

Indultum. neret futura/fit indultum.

Nota ꝙ si obtinens beneficiũ curatum: quod requirit residentiam/receperit secundũ beneficiũ nõ curatum: quod similiter requirit residentiam/ꝙ nõ vacat primũ.

Beneficiũ curatum nõ vacat/licet quis in eadem ecclesia assequatur parrochialem ecclesiam annexam prebeñ. quia prebeñ. est beneficiũ quod non est curatum: ⁊ parrochialis ecclesia est illi accessoriũ: cui deseruitur per Uicariũ: vt.c.sup/de prebeñ. li.vi.⁊ in extrauag. Execrabilis.in fin.

Beneficia que sunt de mensa Epatus vel Monasterij non dicuntur vacare per obitũ Rectoris. Uide Freder. in tractatu permutationis: ⁊ dñi de Rot.concl.

Rebufus in sua praxi beneficiali sub rubrica Forma signature simplicis fol. 144 vers.° aut p constitutionẽ execrabilis

Habens beneficium curatum/si aliud simile assequatur/nisi primũ infra mensem dimittat in manibus Ordinarij/efficit̃ inhabilis ꝑm Jo.an.in cle.si plures/de prebeñ. Et idem dicit in dignitatibus: ⁊ ita intelligitur extrauag. Execrabilis.

Nota ꝙ Baptismus ⁊ Crisma nõ faciunt beneficiũ curatum. not. Hosti.in.c.quia nõnulli/de cler.non resi.

Habens canonicum titulũ / etiam si violenter capiat possessionem/non dicitur intrusus ꝑm Do. de sancto Geminiano in.c. eum qui/de prebeñ.li.vi.

Abbas nõ põt cõferre monachis beneficiũ ad tp̃s vel ꝑpetuo quod erat consuetũ gubernari per clericos seculares: neq; impetrans illud tenetur facere mentionẽ de tali possessione: neq; est contra Archidi.in cle.vni.de sup.neg.prela.

Abbas nõ potest cõferre Prioratũ vacañ. monacho alterius. monasterij.c.cum singula/de prebeñ.li.vi.

Abbas si est negligens infra tp̃s semestre/nõ deuoluit̃ ptãs ad Conuentũ: sed ad Epm.not.in cle.i.de sup.neg.prelat.

Collatio facta per Papã ex causa resignationis vel permutationis de beneficio al's reseruato/vel noua prouisio seu confirmatio collationis Ordinarij/ cum clausula/nõ obstañ.reseruat ⁊c.nõ tollit precedẽtẽ reseruationẽ. Jta ꝙ cedeñ.vel decedeñ. illis qui ex eisdem prouident̃: ⁊ illa fuerint assecuti/nullus preterq̃ Papa de illis disponere poterit: vt in extrauag. Cle.vi.

que incipit: Sed. et in extranag. nõnulli/ Benedicti. xxij.
Item de beneficijs per assecutionem aliorum vacan. de quibus fuit auctoritate ordinaria prouisum: et deinde habita confirmatione siue perinde valere a Papa/ illis cedeñ. vel decedeñ. nõ potest de illis prouideri per aliũ q̄ per Ro. Pont. vt in dictis supranominatis extrauag. videlicet/ Sed: et Nõnulli.
Reseruato beneficio regulari intelligit̃ reseruatio loci: qui deberetur in Ecclesijs illud obtineñ. vt in extrauag. Si quando. Cle. vi. et in decisi. Rot.
Si de beneficio reseruato mandatur prouideri/ seu prouiso cõfirmari: et anteq̄ fuerit assecutus decesserit/ beneficium sub reseruatione permanet sicut prius: vt in extrauag. Execrabilis. vide in decisi. Rot.
Consuetudo optandi non cadit in beneficijs reseruatis: vt in decisi. Rot. ti. de consue. in nouis/ numero. ccxcvi. eo. ti. in antiquis/ numero. ccxix.
Si dispensetur cum monacho q̄ possit obtinere vnum beneficium etiam curatum/ nõ ponitur: Prouiso tamen.
Quando scribitur Monacho ponitur cognomen. Sed nõ Abbati vel Priori.
Nota q̄ beneficiũ curatum non potest conferri existenti in sacris/ si est ante tempus promotus: et ex hoc multo fortius viciatur impetratio beneficij. not. in. c. pro illorum/ de prebeñ. per Abbatem. Quando defectus ordinũ impedit impetrationem. vide doc. in. c. si clericis/ de prebeñ. in. vi.
Nota q̄ si executor lrarum aplicarum occulte excõicatur/ mihi scienti ipsum excõicatum conferat aliquod beneficium/ collatio non tenet: vel est retractanda. Secus si ignorabam/ quia tunc tenet collatio. Ita dicit Abbas in. c. de dilecto/ de prebeñ. et est limitatio ad. l. barbarius/ de offi. preto.
Collatio bñficij potest fieri absenti. l. labeo/ de pactis. c. sit ibi absenti. de prebeñ. li. vi. Et si tale beneficium vacabit in Curia et reseruatum collationi pape/ moritur anteq̄ acceptet/ vel post acceptationem/ ante assecutionẽ aũt desinat esse sub collatione pape/ et ordinari[9] possit illud conferre. vide in. c. iij. de prebeñ. li. vi. et per Jo. an. in addi. Spec. ti. de act. et peti. §. i.
Quando resignatio fit per procuratorẽ dicitur/ per dilectum filiũ. N. procuratorẽ suũ ad hoc ab eo specialiter constitutum.
Quãdo est sustitutus pcurator sic dicitur/ per dilectũ filiũ. N.

procuratorem substitutum a dilecto filio procuratore dicti. N. ad hoc ab eo specialiter sustituto.
Quando est beneficiũ reseruatum/non dicitur illicito detentore:sed detentore tantum.
Quando quis est dispensatus per Legatum/dicimus: Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat/ꝙ venerabilis frater noster. T. ꝛc. tunc in illis ꝑtibus apostolice Sedis Legatus:tecumqꝫ vt vna cũ parrochiali ecclesia ꝛc.
In Sardinia omnes prebeñ. ꝛ Canonicatus sunt annex.
Quãdo in manibus Pape fit aliquis actus:vtputa cessio cõmende/nunꝗ̃ dicitur: Cum itaqꝫ sicut accepimus : sed Cum itaqꝫ dilectus filius ꝛc.
Si habet beneficium ponitur sic: Qui vt asserit parrochialem ecclesiam/cuius fructus ꝛc. Et semper ponatur valor/ etiam si in supplicatione non ponatur.
Quando impetrans petit extra suam dioc:tunc scribitur Ordinario loci in quo impetratur. Sed si petat ad collationẽ Ordinarij per se:tũc scribitur tribus Judicibus in sua dioc.
Quando aliquis impetrat extra suam diocesim / tunc dicitur : vbi dictus. T. suam propriam mansionem se asserit elegisse.
Volumus autem/ ꝙ si tu presentes litteras non potueris/ seu nolueris exequi/dilecti filij Prepositus ꝛ Decanus ecclesiarum litteras ipsas/ ac omnia ꝛ singula in eis contenta ꝺm ipsarum litteraꝝ tenorem exequi possint ꝛ debeant : super quo eis tenore presentiũ mandamus ꝛ etiam potestatem.
Et insuper prefato ꝛc. Ista clausula ponitur duntaxat/ quãdo scribitur Ordinario. Sed quando scribitur alijs/tunc ponitur vt in textu infra: vbi est totus tenor gratie expectatiue: ꝛ tunc subiungitur/ꝙ si non omnes ꝛc.
Clausula Attento/ ponitur quando resignatio vel cessio fit in manibus Pape.
Quando in clausula permutandi dispensatur/ ꝙ aliud dissimile recipere possit ꝛc. ponitur etiam ista clausula/ ꝙ cõuentuale vel claustrale vt prefertur non sit:vt in textu.
Non obstañ. Bonifaciana ponitur propter translationem/al's non:quod nota.
Nõ obstañ. constitutionibus ꝛ ordinationibus apostolicis nõ ponitur quando est expectatiua ad vnũ beneficium:nisi ille cui conceditur intituletur de alio beneficio.

Non obstan. statutis dicte ecclesie/ponitur quando est in Cathedrali vel Collegiata/ et non ponitur fe. re. Boni. etc. et aliis apostolicis constitutionibus : quod ponitur in Execrabili. Si vero non est in Cathedrali aut collegiata/ et habet obstan. aut absolutionem/ponitur: Non obstan. constitutionibus et ordinationibus apostolicis : et aliis contrariis quibuscunque. Si vero nõ habet obstan. aut absolutionem/ponitur: Non obstan. si aliqui super prouisionibus sibi faciendis etc.

Volumus aũt/ quod idem pbr quam primũ vigore presentiũ aliquod beneficium fuerit pacifice assecutus: dictam ecclesiã : quam vt prefertur obtinet : et quam exnũc vacare decernimus/omnino dimittere teneatur. Quoque si tu presentes litteras etc. Quando aũt litigat/vt in aliis de gratia consueuit poni.

Sepultura nedum est de iure canonico: sed diuino etc. facit. c. i. de sepul. et vide. xii. q. ii. per totũ. Et nota quod Adam fuit sepultus in ciuitate Abrae. ea. cau. et. q. c. vnaqueque.

Obligatio contra ius nõ valet. c. fin. de pac. c. placet/de simo. l. si non sortem. ff. de condi. indebi.

Merita semper precedunt defectus.

Quando est etatis. xiiii. annorum/vel circa/non dicitur: Et insuper tecum: sed ponitur/ duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes / et quo ad beneficiũ cum cura hmõi quam primũ ad illud obtinendũ legitime fueris etatis/effectum sortiri volumus/quacunque constitutione apostolica contraria non obstañ. nec ponitur/ Prouiso.

¶ Notabilia super Pensioñ.

¶ Nota quod in pensioñ. et cõmendis quis non examinatur: nec datur forma dignũ: quia examen/ et forma dignũ etc. habent locum quando beneficium confertur in titulum.

Littere reseruationis vel assignationis/ et motu proprio cuiuslibet pensioñ. annue/ super alicuius beneficii fructibus expediri nõ possunt: nisi de consensu illius qui dictam pensionem soluere habebit. Nicolaus. v. secunda. xxxviii.

Illi: quibus ratione senii/ vel impotentia corporali assignatur pensio super beneficiis curatis/ seu dignitatibus/ sunt inhabiles ad similia beneficia : nisi tẽpore assignationis hmõi ius habuerint in illis: et si receperint/ et per mẽsem alia beneficia obtinuerint/cessat pensio: vt habetur in extrauag. Nicolai. v. que incipit: Ad futuram rei memoriam etc. Detestabiles.

Nõ valet pactũ vel cõuentio inter Abbates ꝛ institutos prio-
res ante vel post institutionem de pensioñ. vel alio onere tem-
porali vel perpetuo prioratui imposito vel imponẽdo/ vt in ex
trauag. intelligitur Alexandri. iiij.
Pensio imoderata respectu alioꝝ reddituum ecclesie: vel que
ex post facto inceperit multũ grauare / potest reduci ad debitã
moderationem: vt per not. in. c. preterea/ de iur. patro. Faciũt
not. in. c. i. de consue.
Eps cũ consensu Capituli sui potest imponere pensionem ec-
clesie abundañ. soluendam/ ad sustentationẽ viroꝝ religiosoꝝ:
vt in. c. pastoralis/ de hijs que fi. a prela. Et sic habes casum/ ꝙ
nõ solum Papa: sed etiã Episcopus potest imponere pensio-
nem Ecclesie. Et intelligitur quando detracta pensioñ. potest
Rector ecclesie congrue viuere: al's autem nõ debet cooperiri
vnũ altare vt discooperiatur aliud: vt in. c. cum iam dudũ/ de
prebeñ. Et vide Nico. in dic. c. pastoralis. ꝛ in. c. extirpande/ in
fin. de prebeñ. vbi bonus textus.
Religioso licete constituitur aliqua pensio seu prouisio/ non vt
eam habeat vt propriũ: ꝛ sic potest eam dare/ vel in testamẽto
relinquere: sed habebit vt dispensator/ vel in administrationẽ:
ꝛ poterit illã Abbas ad libitũ auferre: nisi haberet ex confirma
tione Pape: q: tunc per Abbatem non posset illa priuari. Ista
dicit Nicol. per illum tex. in. c. nisi essent/ de prebeñ.
Notant glo. ꝛ docto. in. c. exposuisti/ de prebeñ. ꝙ si portio vel
pensio dũtaxat statuitur Canonico ex redditibus Capelle/ tũc
pbr̃ instituendus in Capella est prelatus Capelle/ ꝛ habet cu-
ram animaꝝ. Sed si Capella annectit̃ prebeñ. tunc pbr̃ illi con
stituendus habetur loco prelati dñi. vide d. Landul. in cle. i. d
offi. vica. ꝛ Jo. de lignano post eum cõcludit/ ꝙ si certa portio
datur Canonico/ tũc vendicatio rerum ꝛ iuriũ Capelle/ ꝛ cu-
ra pertinet ad pbr̃m. Si vero certa portio pertinet pbr̃o / tunc
vendicatio rerũ ꝛ iuriũ Capelle pertinet ad Canonicũ/ ꝛ cu-
ra habitu: sed actu pertinet ad pbr̃m. Et loquitur quãdo eccl'ia
est annexa prebeñ. nam vbi non est annexio/ sed solum statuitur
pensio/ tunc nihil habet agere Canonicus in Capella. Ita di-
cit Nicol. dic. c. exposuisti. Et circa materiam pensionum vide
que habentur supra car. lij. ꝛ. liij.

¶ Notabilia super Perinde valere.

¶ Nota ꝙ littere super gratia perinde valere semper debent

esse gratiose ꝛ dirigi petenti.
Item nota ꝙ perinde valere non datur super gratia facta per alium ꝙ̄ per Papam.
Item nota ꝙ in dicta gr̄a ponunt̄ non obstañ. beneficiales.
Item nota ꝙ si datur perinde valere pro gr̄a expectatiua/ dici mus/ab eoꝝ dat̄. Si aūt in alijs/dicimus/a dat̄ presentiū.
Item in gratia perinde valere super gratia expectatiua dicim⁹ in beneficijs/ si quod vacat ad presens: aut cū vacauerit. ꝛ nō in beneficijs que vacauerint ante dat̄ perinde valere: in q̄bus alijs posset esse ius quesitum.
Item nota ꝙ debemus dicere perinde valere super gratia expectatiua/ꝙ littere predicte/ ꝛ processus habiti per easdem ab eoꝝ dat̄/ ꝛ quecunq; inde secuta : ita ꝙ dat̄ non possit referri ad quecunq; inde secuta.
Item nota ꝙ supradicto perinde valere super gratia expectatiua debemus dicere/non obstañ. premissis/ ac constitutionibus ꝛ ordinationibus ap̄licis:necnō omnibus illis:que in dict̄ litteris nō obstare volumus. Et ponitur cōstitutionibus ap̄licis quia obstant constitutiones apostolice: ex quo fit preiudicium tertio:quia validantur ab eoꝝ dat̄. Et in perinde valere super vacañ. non ponitur/non obstañ. constitutionibus ap̄licis:q2 lr̄e reualidantur a dat̄ presentium / ꝛ non a dat̄ litterarum prime impetrationis.
Item in predicto perinde valare in narratione gratie expectatiue/si papa prouiderit debet dici/ gratiose prouidimus. Si ve ro mandauit prouideri debet dici/ gratiose mandamus prouideri:ꝛ debet addi/certis executoribus desuper deputatis.
Si in fine littere dicitur ꝙ Executores possunt procedere/vel detur eis alia potestas:al̄s non debet dici/certis executoribus desuper ꝛc.
Item nota ꝙ in gratia perinde valere nō debet suppleri vltra illud quod est in supplicatione / propter iudicia que super illis solent exoriri.
Item nota ꝙ si quis creetur Canonicus in gr̄a expectatiua ꝛ postea impetratur perinde valere/pōt intitulari de Canonicatu/ex quo lr̄e ꝛ processus reualidantur ab eoꝝ dat̄.

¶ Si in euidentem notabilia.

¶ Nota ꝙ quando cōmittuntur diuersa/ nisi in euidentem vc; si vocatis ꝛc. ita esse: necnō venditionem predictā in euidentē

dicte ecclesie cessisse reppereris/ nō debet dici post reppereris super quo tuam conscientiam oneramus: Sed bene debet dici post necnō/ hoc modo: necnon super quo tuam conscientiam oneramus/venditionē rc. Ratio est: quia si poneretur in fine/ intelligeretur de vtroq;: Et nunq̄ dicitur super quo rc. quando dicitur/si vocatis rc. non reppereris.

Si petuntur suppleri defectus in cōtractu facto sup locatione rei eccliastice/vel alia materia/nullatenus littera desup cōcedatur: nisi in petitione desup hmōi defectus exprimatur: vel per Fiat vt petit/supplicatio signata fuerit. Nicol. v. ij. xxxvi.

Fuit petita confirmatio obligationis/si in euidentem/cū insertione instrumenti/ Papa signauit Fiat vt petit/ r exhibeatur: r clausulā cum insertione instrumenti cassauit. Fuit determinatum q̄ lr̄a daretur grossa/non tamen cū insertione: sed diceret q̄ prout in euidentem vtilitatem facta fuit confirmamus.

Nota q̄ qñ dicitur in littera apostolica / prout in instrumento publico desuper confecto plenius dicitur contineri: non potest postea dici/nos instrumenti predicti tenorem presentibus pro expressis habentes: quia esset contrarietas.

Item quando petitur confirmari concessio facta de re ecclesiastica/si in euidentem: non potest dici/concessionem predictam: ac omnia r singula in predicto instrumento contenta auctoritate predicta approbes: sed debet dici sic/concessionem predictā r prout illam concernunt omnia r singula.

Quando narratur aliquid fiendum: tunc debet poni/ Mandamus qt̄us de premissis omnibus r singulis/ac eoꝝ circumstantijs vniuersis te diligenter informes.

Sed quando narratur factū/tūc debet poni/ Mandamus quatenus postq̄ tibi de premissis legitime constiterit.

Quando narratur causa/tunc oneratur conscientia.

Quādo nulla causa narratur/tunc conscientia nō oneratur.

Conscientiā oneramus.

Quando aliquis Rex vel Prelatus supplicat pro alio in lr̄a: que datur in forma Exhibita: tūc de Rege vel Prelato nō debet fieri mentio in principio vz; Exhibita pro parte Regis vel Epi rc. sed tantum de Rege vel Prelato predicto debet fieri mentio ibi: Quare pro parte Regis rc.

¶ Notabilia sup dispensationī. matrimonialibus.

¶ Filius ex secūdo matrimonio natus censetur legitimus/ licz pater cum alia contraxisset primo: si secūdum matrimoniū fuit

contractū / et secunda vxor ignorauit primū matrimoniū eius. Secus si sciuit/vel scire debebat/vt quia primum esset publice contractū. Sed quia secundū matrimoniū fuit clamdestinū/tūc ex illo natus est illegitimus/ lz mater primū matrimoniū ignorasset. Si tamen super primo esset lata sententia diuortij: a qua non esset appellatū: tunc natus in secundo esset legitimus/lz sententia diuortij postea retractetur. not. Inno. et Jo. an. in. c. cum inhibitio/de clamdest. despon.

Filius natus ex muliere/ cum qua nō potuit contrahi/obstan. impedimento consanguinitatis/aut affinitatis/aut publice honestatis: habet pro legitimo/si de facto fuit matrimoniū publice contractū: cum verisimiliter vel alter ipsorum ignorat impedimentū quod presumitur si publice contraxerunt/ et succedit patri: vt in extrauag. Alexandri/cū quidā/de sponsa. Secus si clamdestine: quia tunc non habetur pro legitima etc. vt not. Jo. an. et Inno. de clamdest. despons. c. habito.

Dispensationū matrimoniales semper cōmitti debent Ordinario.

Nota quod clausula/de qua in hijs plenā in dn̄o fiduciā obtinentes. proprie debet poni in dispensationibus matrimonialibus: vbi agitur magis de conscientia quam in alijs.

In dispensationū matrimonialibus debet proprie dici/cōmittimus et mādamus: lz matrimoniū sit contractū per verba de pn̄ti: si nondū est consumatū per carnalem copulā pōt Papa dispensare: vt ego possim assumere aliā vxorem relicta prima. Secus si post carnalem copulā: secundum quod not. Archi. xxvij. q. ij. c. quia.

In litteris dispensationū super aliquo gradu prohibito ponatur clausula: et mulier rapta nō fuerit/ Nicolaus. v.

Nota quod nati ex cōcubina retenta per clericū in minoribus constitutū nō legitimantur per subsequens matrimoniū/ si ille clericus erat beneficiatus/alias sic secundum Bar. in. l. iiij. ff. de concubi.

Affinitas etiā contrahitur per fornicariū coitum: vnde nati ex fornicatione nō poterūt contrahere matrimoniū cum hijs cum quibus nō possunt cōtrahere legitimi. Bal. in. l. cū acritissimi. C. de fidei co. et not. xxxij. q. iiij. c. obijciuntur. et de eo qui cog. consang. c. discretionem. et eo. ti. c. penul. Et an per talem coitū oriatur impedimentū ad contrahendū matrimoniū: not. xxxv. q. iij. c. extra ordinariam.

Affinitas nunquam inducitur sine coitu: Archi. de spons. c. i. li. vi.

Affinitas nō contrahitur inter consanguineos mulieris et con

sanguineos viri: sed tantū inter consanguineos ipsius viri ⁊ ip
sam mulierē: vt est tex. in. c. quod sup/ de consang. ⁊ affinita.
Dispensare potest Papa matrimoniū contrahi in secūdo con
sanguinitatis gradu in linea equali: in linea inequali non. Jo.
an. in. c. lrās/ de resti. spo. ⁊ de diuor. gaudemus. Sed ex causa
potest etiam in linea inequali: vt in quolibet gradu lege diuina
prohibito dispensare: not. Jo. an. qui filij sunt legiti. c. per vene
rabilē/ in glo. in fin. Debet tamen esse magna causa ꝯm Inno.
Hosti. Jo. an. ⁊ Archidi. vbi omnino vide.
Item pōt dispensare etiā in primo gradu affinitatis: tex. est in
c. fin. de diuor. Nec obstat ꝙ sit prohibitū lege diuina: que nō
potest per humanā tolli: quia nō totaliter ex causa enim distin-
guitur: ⁊ hoc fieri potest: vt not. Inno. de consti. que in eccle-
siaꝝ. Ad quod optime facit quod not. Jo. an. in regula factum
legitime/ de reg. iur. li. vi. in mercurialibus.
Dispensare pōt Papa ꝙ matrimoniū consumatū dissoluatur
si nō intersit copula: not. glo. de conuers. coniug. c. ex publico:
qđ vltimū procedit ex absoluta potestate: sed ordinata nō pōt:
nisi subsit causa ꝯm Jo. an. ⁊ Hosti. ibidem maior est potestas
Pape in dispensando in matrimonio cōtrahēdo ꝙ̄ dissoluen-
do contractū: quare libere dispensat ꝙ contrahatur contra le-
gem canonicā etiā sine causa: contra legem diuinā cū causa vt
supra proxime dictū est. In cōtracto aut dissoluendo si est sim-
pliciter ratum: ⁊. l. canonica validū dispensat libere sine causa
de potestate absoluta: sed si est consumatū: tunc quia per ipsum
reputatur cōformitas carnis inter xp̄m ⁊ eccliam nulla ex cau
sa rumpitur: ⁊ qui aliter sentit hereticus est. not. Jo. an. in dic.
c. ex publico in fin. vide glo. in. c. fin. de transacti.
Dispensatio facta super impedimēto affinitatis valet ⁊ in vim
eius pōt dispensatus matrimoniū cōtrahere/ lꝫ in dispēsationē.
nulla fiat mētio de impedimēto publice honestatꝭ iustitie.

¶ Nota pro subscriptionibus litteraꝝ.

Et primo de ordinibus inusitatis.

¶ Priori ⁊ fratribus domus de lenis ordinis valliscolaꝝ. N.
dioc. ⁊ sunt ibi canonici. Prior ⁊ fratres domus ordinis hu-
miliatoꝝ de. n. dioc. Magister generalis ordinis de Sempi-
gan: ⁊ habentur sorores ⁊ monasteria eiusdem ordinis.
Abbati ⁊ cōuentui monasterij s. Archāgeli/ in insula Robolā
N. dioc. quē ordinē fecit Joachim/ ⁊ caput est in Calabria.

Priori monasterij sancti. N. de. A. militie sancte Marie gloriose dioces. Archimodrite/ Monasterij. N. ordinis s. Blasij N. dioces.
Prepositus generalis monasteriorum Alamanie et Bohemie: sub beate Marie magdalene nominibus fundatorum/ Romane ecclesie imediate subiectorum/ordinis s. Augustini. N. dioc.
Ministro et fratribus domus sancte Trinitatis ortesij/ ordinis eiusdem sancte Trinitatis/ et redemptionis captiuorum Aquesi. dioces.
Raymundo de francbolanchijs fratri domus de ortesio ordinis sancte Trinitatis de. N. dioc. N.
Magistro et fratribus hospitalis sancti Jo. de. N. Romanam ecclesie subiectis ordinis sancti Augustini. N. dioc.
Ordo sancti Victoris nō est approbatus ordo.
Dilectis filijs fratri Jo. de Ces. ac vniuersis Heremitis de societate quondam fratris Petri/ de ipsis presentibus et futuris Salutem etc.
Maiori ministro et vniuersis ministris et fratribus ordinis sancte Trinitatis/ et redemptionis captiuorum / tam presentibus quam futuris professis: necnon fratribus sororibus et donatis eiusdem ordinis Salutem etc.
Ordo fratrū secundum instituta beati Petri cōfessoris viuentiū.
Abbati et Cōuentui Monasterij sancte Justine Paduan. aggregationis monachorum vnitat./ alias de obseruantia sancte Justine nuncupat./ordinis sancti Benedicti.
Dilectis filijs Gubernatori et pauperibus societatis Jusuatorum nuncupat./ Salutem. Vel sic: Dilectis filijs Rectori/ Gubernatori nuncupato/ et fratribus congregationis pauperum Jesuatorum nuncupatorum Salutem.

¶ De Monialibus.

¶ Dilecte in christo filie Joanne nate dilecti filij Nobilis viri Joannis ex Comitibus de Sabmona Moniali monasterij de oriente ordinis. N. dioces.
Sorores penitentium beate Marie magdalene ordinis sancti Augustini. N. dioces.
Et militij Senen. sub habitu beati Dñici dño famulanti.
Priorissis et cōuentibus sororum inclusarum monasterij. N. dioc. sancti Augustini/ sub cura et secundum statuta fratrum ordinis Predicatorum viuentiū.

Marie de. N. mulieri Januen. tertij ordinis sancti Francisci de penitentia nuncupati.
Abbatisse et co͂uentui monasterij. N. dioc. ordinis s. Clare etc.
Magdalene de Perusio tertij ordinis sancti Fra͂cisci de penitentia nuncupati generali ministre.
Dilectis in xp̄o filiabus Jo. et Be. de. N. sororib9 tertij ordi͂s sancti Dn̄ici de penitentia nu͂cupati in vrbe co͂morantibus.
Priorisse et Conuentui monasterij. N. dioc. per Priorissam soliti gubernari / ordi͂s sancti Augustini sub regulari inibi obseruantia degentium.
Abbatissis et Co͂uentibus vniuersorum monasteriorum sancti Germani / et minorissarum et sancte Clare ordinis eiusdem sancte sub generalis ministri aliorumq3 Officialium fratru͂ Minorum cura vbilibet constitutis.
Sororibus tertij ordinis sancti Francisci de penitentia nuncupati de. N. dioc. de pe. locus. N. dioces. degentibus Salutem in dn̄o etc.

De mulieribus.

Dilecte in xp̄o filie nobili mulieri. N. relicte quondam. B. de Cellario domicelli vidue Soran̄. dioces. / Salutem etc.
Dilecte in xp̄o filie nobili mulieri Ysabelle relicte quondam Conradi militis vidue Traiecten̄. dioc. / Salutem etc.
Dilectis in xp̄o filiabus virginibus et viduis in domo dicta sororum Oiten̄. oppidi Buscoducis Leodien̄. dioces. in co͂muni viuentibus / Salutem etc.
Joa͂ne de. N. mulieri in ciuitate. N. sub habitu sororum penitentium Reginarum nuncupatarum degenti.

De viris.

Dilecto filio nobili viro Joa͂ni carissimi in xp̄o filij nr̄i Regis portugallie illustris nato Comiti Carcellen̄. Salutem etc.
Dilecto filio nobili viro Joanni domicello: necno͂ Castellano Officialibus co͂munium et hominibus Ciuitatibus nostre Nepesin̄. tam clericis q̄ȝ laicis / Salutem etc.
Dilecto filio nobili viro Joanni. N. domicello Xanchonen̄. Salutem etc.
Carissimo in xp̄o filio. P. regi castelle et legionis illustri etc.
Carissimo in xp̄o filio Romulo Regi Roman̄. illustri etc.
Carissimo in xp̄o filio Maximiliano Roman̄. Imperatori semper Augusto / ac Bohemie Regi illustri etc.

Carissimo in xpo filio Jo. electo regi Portugal. illustri rc.
Excellentibus principibus. L. Regi/ r Joanne Regine Sicilie illustribus: quia munus in presenti quo rc.
Dilecto filio nobili viro Comiti Melfiten. magno Regi Sicilie Marescallo.
Dilec. fil. nobili G. de vite monuetibus Comiti virtutū in Ciuitate Mediolaneñ. imperiali Vicario/ Salutem rc.
Dilecto filio nobili Jo. de Cesarinis domicello Romano in ciuitate nostra Marmaneñ. pro nobis r eccl'ia Romañ. in temporalibus Vicario rc.
Dilecto filio nobili viro Carolo Duci/ r Dilecte filie nobili mulieri Joanne Ducisse Britanie/ Salutem rc.
Dil. fil. Jo. de bonis Ciui Mediolaneñ. ac dilecte in xpo filie Petronelle eius vxori/ r ipsoꝝ liberis/ Salutem rc.
Duci r consilio ac cōi Januen. vel ſm antiquos Genueñ.
Nobili viro. A. de. N. in arte nr̄a Crescentij al's Castro sancti Angeli de vrbe Castellano nostro/ Salutem rc.
Nobili viro Jo. Duci Colūbrie/ Carissimi in xpo filij nostri Joānis Regis Portugallie illustris secundogenito.
Dilect. filijs Parlamentū regiuz Carissimi in xpo filij nostri Caroli Francoꝝ Regis illustris tenentibus/ Salutem rc.
Dilectis filijs Ancianis Concilijs ac Vexillifero iustitie Ciuitatis nostre Bononieñ. Salutem rc.

¶ De exordijs in beneficialibus.

¶ Grata tue familiaritatis r deuotionis obsequia: que nobis r apostolice sedi hactenus impēdisti/ r adhuc sollicitis studijs impendere nō desistis. Necnō vite ac morum honestas/ aliaqz laudabilia probitatis r virtutum merita: quibus personā tuaz tam familiari experientia q̄z fidedignorum testimonijs iuuari percepimus/ nos inducunt: vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaqz rc.
Nota/ omnibus graduatis/ etiā magr̄o in artibus/ r baccalario in decretis datur/ Lr̄arum scientia/ vite ac moꝝ honestas rc.
Baccalarijs vero in artibus nō: quia nō reputat̄ gradus: neqz intitulat̄ baccalarius in artibus: sed dicit̄/ Voleñ. itaqz tibi qui vt asseris Parisius in artibus baccalariatū suscepisti.
Jn prouisionibus Ecclesiarum Cathedralium dicitur/ Litterarum scientia. Jn Electi cōmendatione/ licet Electus nō sit graduatus rc.

Nobilitas generis/litteraꝝ scientia/ vite ac moꝛum honestas: aliaqꝫ laudabilia pꝛobitatis ꝛ virtutū merita/ super quibꝰ apud nos fidedigno cōmendaris testimonio nos inducūt: vt tibi reddamur ad gratiam liberales: Volentes ꝛc.
Religionis zelus/ lraꝝ scientia/ vite ac moꝝ honestas: aliaqꝫ laudabilia pꝛobitatis ꝛ virtutū merita ꝛc. dicitur quādo est clericus minoꝛ decemquattuoꝛ annis. Vite ac moꝛū dicitur quādo est clericus vel scolaris maioꝛ. xiiij. annis.
Grata deuotionis: quādo sunt clerici ꝛ officiales perpetui pꝛo clerico minoꝛe. xiiij. annis: pꝛo quo nunqꝫ debet dari lra gratiosa: sed cōmittitur vni soli pꝛopter examen ꝛc.
Laudabilia dilecti filij Jo. clerici Venetiaꝝ/ indolis ꝛ iuuentutis iudicia: super quibus apud nos/ qꝛ in virum se debeat pꝛoducere virtuosum fidedigna testimonia perhibent/ merito nos inducunt: vt ipsum apostolici fauoꝛis suffragio pꝛosequen. sibi reddamur ad gratiam liberales ꝛc. Volen. dictum Jo. qui vt accepimus in. xiiij. vel. xv. sue etatis anno cōstitutus existit ꝛc.
Mandamus qtūs si post diligentem sup pꝛemissis inditijs per te habendam indaginem/ pꝛefatum Jo. hmōi circūspecta etate alʼs ad hoc idoneo oppositione personaꝝ/ super que tuam conscientiam ꝛc.
Laudabilia infantilitatis iudicia pꝛout fidedignoꝛum testimonijs accepimus verisimiliter pꝛesumitur/ qꝛ te in virū pꝛoducere debeas virtuosum/ nos inducunt: vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Volen. itaqꝫ tibi: qui vt asseritur in. xiiij. tue etatis anno constitutus existis ꝛc.
Laudabilia infantilitatis iudicia ꝛc. vt supꝛa.
Dignum arbitramur ꝛ congruū: vt illis se reddat Sedes apostolica gratiosam: quibus ad id pꝛopꝛia virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volen. itaqꝫ dilectum filiū Jo. N. dioces N. apud nos de religionis zelo/ de nobilitate generis/ de lraꝝ scientia/ de vite ac moꝝ honestate vtō. ꝫm eius qualitates.
¶ De exoꝛdijs in Reseruation. ꝛ resignation. simplr vel ex causa permutation. vel reseruata pension. ac in pensionibus simplicibus/ cōmendis/ habilitationibus vnionibus/ erectionibus ꝛ monasterijs/ videbis infra in Rubꝛicis congruentibus.
¶ Nos volen. tibi: qui vt asseris.
Volen. itaqꝫ tibi: qui pbr ꝛ magister in artibus existis vt asserꝭ

ac in iure Canonico studes/ premissorum meritorum tuorum intuitu: necnō consideratione dilecti fratris nostri. A. titul. sancti Laurentij in Damaso pbri Cardinalis pro te dilecto familiari suo continuo cōmensali nobis super hoc humiliter supplicantis/gratiam facere specialem 7c.

Volen. itaq3 dil. fil. 7c. cōmēdatū horum intuitu necnō cōsideratione Carissimi in xpo filij nri Ludouici Regis pro ipso. A. dilecto suo Capellano: ac dilecte in xpo filie nostre Elizabet Regine Hungarie illustriū/nobis super hoc humiliter suppllicantiū fauore prosequi gratioso 7c. Mādamus 7c. Vel sic. Charissimi in xpo filij nostri Jo. Allanis Regis illustris.

Volen. itaq3 tibi pro quo etiam venerabilis noster Eps Allerien. asserens te dilectū familiarem suū cōmensalem fore/nobis super hoc humiliter supplicauit/ premissorum meritorum intuitu gratiam facere specialem 7c.

Nota q̄ nō dicit premissorum meritorum tuorum intuitu: aut q̄ vt asseritur parrochialem ecclesiam. N. N. dioce. nunc obtinere 7c. Nota q̄ nō dicitur asseris/propter terminū supplicantiū.

Ad collationē 7c. Epi Amelien. pro tpe existentis: ac dilectorum filiorum 7c. Et postea qn̄ repetitur nō dicitur nisi eidem Epo/7 non additur pro tempore existenti.

Volen. itaq3 dilectum filiū 7c. multipliciter cōmendatum/pro quo etiā venerabilis frater noster Jo. Eps Beratomen. asserens eum dilectum familiarem suū continuū cōmensalem fore nobis super hoc humiliter supplicauit: horum intuitu fauore prosequi gratioso. Ipsumq3 in eadem ecclesia amplius honorare 7c. 7 tunc dicitur in non obstan. aut si presens nō fuerit ad prestandum de obseruandis statutis 7 consuetudinibus ipsius ecclesie ratione dignitatis personatus seu officij hmōi solitum iuramentum/dūmodo 7c.

Necnō consideratione dilecti filij nostri Frācisci tit. quattuor Coronatorum pbri Cardinalis in spiritualibus 7 temporalibus ecclesie Burdegalen. generalis Administratoris per Sedem apostolicam deputati pro ipso vel pro se 7c.

Hinc est q̄ nos dilecti filij Jo. Cardinalis Mediolanen. pro te dilecto filio 7c. supplicantis: ac tuis in hac parte supplicationibus inclinati 7c.

In lrīs gratiosis nō debet fieri mentio de instantia supplicātis de Cardinalibus/Regibus/7 Reginis. Jo. xxij.

Itē de diocesanis et caplo ecclesie in qua beneficiū existit etiā si beneficiū ad eorum collationē nō pertinet. Jo. xxij. etc.
Itē de Abbate et conuentu si bñficiū fuerit in monasterio. Jo. xxij
Item de quocunqz alio collatore vel patrono. Jo. xxij.

¶ Officiales Curie.

¶ Volens. itaqz tibi qui de nobili genere procreatus: ac Accolitus vel Subdyaconus aut Cubicularius siue Notarius seu Referendarius noster existis / premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu etc.
Vel sic: tibi qui etiam causarum palatij apostolici Auditor existis
Vel sic: tibi qui etiā clericus Camere aplice existis.
Vel sic: tibi qui etiā Cubicularius noster / aplicarum litterarum Abbreuiator / et in illarum expeditione Jo. tit. sancte Ro. ecclesie Vicecancellario assistis: aut Penitentiarie nostre scriptor lrarum / et apostolice Camere Clericus existis.
Vel sic: tibi qui etiā litterarum apostolicarum Abbreuiator existis: et illarum expeditione etc. venerabili fratri nostro Epo Portueñ sancte Romanñ. ecclesie Vicecancellario assistis.
Qui litterarum aplicarum registrator existis.
Vel sic: tibi qui lras nostras de mandato nostro scribis.
Vel sic: tibi qui Cantor et Capellanus in Capella nostra existis / premissorum meritorum etc.
Vel sic: tibi qui Cubicularius noster / ac supplicationū per nos seu de mādato nostro signatarū Registrator existis.
Vel sic: tibi qui in palatio apostolico seruitor existis.
Vel sic: tibi qui vt asseris in Thesauraria nra aliqādiu seruiuisti vt presentialiter in registro supplicationū per nos seu de mādato nro signatarū scribendo labores / premissorum intuitu etc.
Vel sic: qui Cursor noster existis.
Vel sic: qui vt asseris in Conclaui in quo nuper ad summi aplatus apicem assumpti sumus / tpe assumptionis hmōi venerabili fratri nro P. Epo Tusculañ. seruiuisti / premissorum etc.
Vel sic: qui asserit pro vnione nuper Pisis in vniuersali eccl'ia celebrata scribendo fideliter laborauit: horum intuitu etc.
Volentes itaqz eundem. E. qui vt asserit in. xxij. vel circa sue etatis anno vel circiter constitutus existit: apud nos de vite ac morum honestate etc.
Sincere etc. supplicationibus inclinati: vel liceat tibi: qui etiam vtriusqz iuris doctor et sacri palatij apostolici causarū Auditor

existis/habere altare portatile &c.
Volentes itaq; tibi:qui vt asseris pro parte dilecti filij Alberti electi Ratisponen̄.nuncius ad generale Conciliū Pisis nouissime celebratū destinatus fuisti/premissorum &c.
Vel sic:qui vt asseris nuper causa veniendi ad Curiā in quadā naui carissimi in xpo filij nostri Ludouici Regis Hierusalē & Sicilie illustris in mari per quosdā hostes ipsius Regis captus/& bonis tuis apud te reptis spoliatus fuisti/premissorum &c.
Vel sic:te qui vt asseris de nobili Comitū genere procreatus existis/premissorum &c.
Vel sic:Volen̄.&c. qui vt asseritur ex vtroq; parente de nobili Baronū genere procreatus existit &c.
Volen̄. itaq; qui vt asserit nullum beneficiū ecclesiasticū obtinet/& in vniuersitate studij pacifice existit/& per trienniū.N. & vltra in sacra theologia studuit apud nos &c.
Vel sic:qui vt asserit cum rigore examinis licētiatus in decretis existit/premissorum &c.
Vel sic:qui vt asserit in artibus & medicina magr̄ existit.
Vel sic:qui vt asserit baccalari9 in artibus existit: & similis nō intitulatur baccalarius in artibus/quia nō est gradus.
Vel sic:qui vt asseritur Subdyaconus/& Colonie studet.
Vel sic:qui vt asseritur Bononie in iure canonico studet.
Nos igit̄ volen̄.te qui vt asseris ex vtroq; parente de militari genere procreatus & in artibus baccalarius existis/ ac in registro supplicationū aliq̄diu scribendo fideliter laborasti.
Nos igit̄ &c. procreatus existit/ & in iure canonico per plures annos studuit:necnō pro vnione nuper Pisis in vniuersali Ecclesia celebrata scribendo fidelr̄ laborauit/horum intuitu &c.
Volen̄.itaq; tibi: qui vt asseris de iudaica cecitate cooperāte dn̄o ad catholicam fidem conuersus existis/in sacra theologia studere proponis/premissorum &c.
Volen̄. itaq; tibi: qui pbr̄ es/& cū quo dudū vt duo beneficia ecclesiastica curata/seu al's incōpatibilia/etiam si parrochiales ecclesie/ aut dignitates personatus administration̄. vel officia in Metropolitan̄. & cathedralibus maiores post pontificales forent/& ad eos cōsueuissent qui per electionē assumi eisq; cura &c.si tibi al's canonice cōferrentur:vel assumeris ad illa recipere / & quoad viueres insimul retinere libere & licite valeres aplica fuit auctoritate dispensatum/premissorum &c.

